This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

(Hogendorp)
GAE

DISPUTATIO HISTORICO-POLITICA

INAUGURALIS,

DE

FLUMINE SCALDI CLAUSO.

DISPUTATIO HISTORICO-POLITICA
INAUGURALIS

DE

FLUMINE SCALDI CLAUSO,

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

GERARDI WTTEWAALL,

MATH. MAG. PHILOS. NAT. ET JUR. UTR. DOCT.
OECON. RUR. PROF. ORD.

NEC NON;

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

PRO GRADU DOCTORATUS,

SUMMISQUE IN JURE ROMANO ET HODIERNO

HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA LUGDUNO-BATAVA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

DEFENDET

FREDERICUS VAN HOGENDORP,

WYK AAN DUNENSIS — BATAVUS.

Ad diem XXVIII. *Junii* MDCCCXXVII. *Horâ* II—III.

LUGDUNI BATAVORUM,

APUD H. W. HAZENBERG, JUNIOREM.

MDCCCXXVII.

a. 9

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY
104847
ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS.
1893

Een verhael van 't gepasſeerde is, als of het op een Toneel wiert gerepreſenteert: Elck ſpeelt ſijn Rolle: Elck ſpreeckt ſijn tael: de Schrijver doet niet als ſwijgen.

AITZEMA.

PATRI OPTIMO.

Cui potius quam Tibi, Carisſime Pater, *hasce primitias ſtudiorum Academicorum offeram, in quibus colligendis ſicut in anterioribus rebus Tuo auſpicio peractis, ita Praeceptorum meorum benevolentiam expertus ſum, ut hanc ipſam Tibi acceptam referre me debere ſentiam.*

In

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

In primis hic in memoriam revocandus est KEMPERUS, *Amicus Tuus arduisque in Patriae rebus adjutor — cuius commercium, nisi inopinata morte nobis abreptus fuisset vir egregius, eo utilius mihi evasisset, quo magis magisque ejus suavitatem percipere didicissem — tum* TYDEMANNUS Vir Cl. *qui universum doctrinarum ambitum amplexus, speciem refert arctissimi illius nexus, qui universas tenet, cujusque indefessus labor numquam impedit quominus consu-*

len-

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

lentibus non occupatus sit. Tertium, sed non infimum locum, obtinet VAN ASSEN, Vir Cl., *quem propter verum patriae doctrinaeque amorem Tu semper magni fecisti, et cujus exquisitam humanitatem ex necessitudine quae illi Tecum intercedit didici. Initio studiorum Academicorum ille mihi vir viam aperuit, et ad exitum usque me benevolentiae suae nunquam satis predicandae eximia dedit specimina.*

Sed, heu! quam justo levior esses grati ani-

mi

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

mi significatio haec, nisi Te beneficia in Liberos Tuos collata, quasi in Te collata accipere, compertum habebam.

Incerto mihi et dubitanti de Dissertationis Academicae argumento, Tuum denuo consilium praesto fuit. Nimiam fortasse, indulgentissime Pater! nimium meorum exspectationem habuisti — At haec Tua de me opinio incitamentum fuit conanti spem Tuam non nimis fallere. Atque hoc loco laudandus mihi est DE JONGE *Archivario Regio Praefec-*

fectus, Vir Nobilissimus et eruditissimus, multum hic in meum commodum contulit, sed peculiari ejus benevolentia non alia de causa me ornatum esse existimo, quam quod Tu, Pater Carissime, valde eum diligis, cujus doctrinam et modestiam humanitas et benevolentia exaequat.

Omnium horum beneficiorum, secundum DEUM, *Te, Pater Optime, auctorem invenio, quare dignum me praestare conabor, qui perpetua hac felicitate gaudeam.*

Sen-

Sentio jam quantum intersit theoreticam inter et practicam disciplinam! In qua ipsa mihi adsis velim, ut Tua vestigia longe adorans, Tuoque consilio usus, experientiae vices sustineam.

Faxit DEUS OPTIMUS, *ut vita Tua nobis incolumis sit, pro salute hominum, pro felicitate civium, proque gaudio Tuorum!*

L. S.

L. S.

Peracto Academicorum ſtudiorum curſu Diſputationis inauguralis argumentum optione ſatis difficili mihi fuit eligendum. Dubius haerebam inter doctrinas, quas inprimis in Minervae ſede docemur, illasque ex quibus utilem ſuavemque delectationem perceperam, quaeque mihi ab ineunte juventute carae fuerant, et deinceps ad inſtituendas vitae rationes conducturae eſſe videbantur; quam ob rem tandem illinc diſſertationis argumentum petere conſtitui.

Ardentius illico manus operi admovi, ut ſolemus juvenes. Diu jam laboraveram et multa didiceram, cum intellexi, me parum immo fere nihil reperiſſe, quod magnopere ad rem tractandam faceret. E locupletiſſimo promtuario Regio nihil adhuc hauſeram. Saepius illuc avidos oculos converteram; ſed bene conſcius, quam exiguâ facultate inſtructus eſſem, illius theſauri copiam mihi nullo jure fieri poſſe judicabam.

Im-

Interim in locum quendam incedi unde collegi, clausi Scaldis Fluminis originem ex multo antiquiore temporis periode petendam esse, quam credideram. Quâ feliciter instigatâ, meae tamen fluminis clausi historiae complura addenda judicabam, cum feliciter mihi obtigit congressus cum Archivarii Regii Praefecto. Quo viro humanissimo supra omnem spem et sponte suâ, quod rogare neutiquam ausus fueram, offerente, narrationi supplendae instrumenta nactus sum.

In duas tunc praecipue inquisivi epochas, alteram Induciarum cum Hispanis, alteram ejus temporis, quo Vindobonae dubitari coeptum fuit, an Ottomannis et nostratibus Danubium Scaldimque claudendi jus legitimum suppeteret, quam quaestionem Josephus II. ad Macedonis illius exemplum, gladio solvere velle videbatur. Quantum momenti rebus ad Josephinum conatum pertinentibus inesse censuerim, Lectori Benevolo fortasse nimis liquebit. Eas res effusius enarrasse utique potero judicari, tempus tamen et opus in re infructuosa et inutili posuisse, non temere, ut mihi blandior, accusabor, cui quicquid evenit conclusioni ad causas, quam vocant, ansam praebere, atque ab his saepius ad causarum causas adscendendum esse videtur. Ejusmodi quidem conclusioni in abstrusa abeunti judicium rerum usu subactum est adhibendum, attamen rerum ab aliis actarum contemplatio vel in scholae umbra prorsus inutilis nequit existimari. Multorum tamen omissionem, quâ libellum premi omnes intelligent, minus difficulter excusavero, quam nimiam in enarrando copiam.

Dis-

Dissertationem in partem Historicam et Juridico-Politicam dividendam esse duxi; sed primae partis amplitudo, eique impensum tempus, in causâ est, quod secundam partem perficere nondum potuerim. Huius absentiam Theses opusculo meo subjunctae aliquatenus compensaturas confido. Nulli ut ita dicam sectae aut systhemati ut ajunt me dedi, cum persuasum mihi esset, quantum ex sententiis praejudicatis saepius detrimentum cepisset ipsum Oeconomiae Politicae studium.

Restat ut tesserae in fronte collocatae adjungam explicationem formae, quam Dissertationi dandam censui. Magno monumentorum huc usque ineditorum numero obligari videbar, qui Lectori occasionem praeberem ea, quae conscripsissem, cum ipsis fontibus comparare. Quantum fieri posset homines temporum laudatorum aequales, qui eorum saepe haud exigua pars fuerunt, loquentes induxi; siquid ab iis dictum memorabilius reperirem, id verbotenus citandum putavi; licet ea scribendi ratio me nonnullis commodis privaret.

Scriptione jam ad finem perductâ, magis quam ante sentio, meas vires neque rebus tractatis pares neque earum pondere dignas fuisse. Hic sensus animo alte insidet; asseveranti fides habeatur, enixe precor! Eodem sensu me dudum a suscepto labore absterrere passus essem, nisi ad animum revocassem, opusculi lectores praecipue commilitonum numero contineri, quos discentium numero nondum exemtos, ad indulgentiam procliviores esse oportet, aut Praeceptores,

quos

quos utque errores quidem ipsi quos frequentes commisi deterruerunt, quominus et doctrina sua et consiliis me juvarent animumque mihi excitarent. Itaque praeclare de me actum existimavero, si argumentum, quod tractandum sumsi, me ad solida studia propensum declarat; si laboris adhibiti cogitatio defectibus, ob curtam doctrinae supellectilem hic illic apparentibus, veniam parat; praesertim si officii recordatio, quâ me obstrictum sensi, Academicorum studiorum rationes reddere edito specimine quod ipse elaboravissem; non e vanâ spe, de penso tam gravi a me solo rite absolvendo, non derivatur. Quare intelliget Benevolus Lector, quantopere optem, ut commissi errores corrigantur, defectus indicentur atque omnigena ope adjuver, quo Dissertationis partem hancce aliquando, cum parte secundâ conjunctam, diligentius et elaboratius publici juris facere mihi contingat.

DIS-

DISSERTATIONIS

PARS PRIMA,

QUAE EST

HISTORICA.

Plerique principes Europaei ditionem armis extendere conati fuere; domui vero Austriacae blandior imperii proferendi arrisit ratio (1), cum Maximilianus Imperatoris filius haeredem dominii Burgundici uxorem duxit. Quae nuptiae florentissimas Europae regiones Austriacae ditioni adjecere. Caroli Audacis filia unica Maria Maximiliano peperit Philippum cognomine Pulcrum. Huic vix adolescenti nupsit Joanna, filia Ferdinandi Catholici, qui Ara- 1477.

ra-

(1) *Bella gerant alii, tu felix Austria nube!*
Nam quae Mars aliis fert tibi regna Venus.

ragone magnam partem Hiſpaniae regebat, et Iſabellae, cui utraque parebat Castilia. Quanumvis infelix Joanna, minime ſterilis, duplici prole masculâ ingratum beavit Philip-
1500. pum. Majori filio nomen Caroli; natu minor Ferdinandus appellatus; utrumque celebrat Hiſtoria.

Quicquid alter ille Ferdinandus Arragonensis, Iſabella Valladolitana, Maria Burgundica et Maximilianus possederant, hoc in Carolum devolutum est, atque adeo hunc ditavit dominio haereditario gentis Auſtriacae et Burgundicae, regno Neapolitano et Hispaniae tantae quantae, iisque trans oceanum Atlanticum regionibus auri argentique feracisſimis, quae, a Columbo repertae, mox per hujus successores in variis periculis indefessos regibus ſubjectae fuere Hispanicis.

Omnium principum Europaeorum potentissimo, quo tempore avus Maximilianus diem ſupremum obiit, vix quidquam deerat; si coronam excipias prae caeteris omnibus antiquo ſplendore insignem, in quâ petendâ aemulum habebat Galliae, tunc ſat arctis limitibus circumscriptae, regem Franciscum, cui
1530. palmam facile praeripuit. Hinc odium inter Carolum invidumque istunc Gallum indelebile, quod ſummopere nocuit Italiae, ubi Graeci,

ex-

ex imperio Constantinopolitano a Turcis occupato profugi, eruditionem valde promoverant, illi vero principes solum humani sanguinis torrentibus misere humectarunt, nullâ a bellicis tumultibus requie, ni genuini isti atrocis Martis filii, defectu pecuniae, quandoque ad pacta coacti fuissent, quae toties rescindebant, quoties nervo rerum gerendarum haud amplius destituebantur.

Indoles gentium, quibus Carolus imperitabat, aeque diversa ac forma regiminis. Id omnibus commune, quod tributa, illis temporibus solemni prece, quam vocabant, exacta, aegre ferebant. Hinc turbae seditionesque toties renovatae, quoties eas compescuerat Imperator. Qui, tandem curis politicis enectus, post infelicem adversus novum Galliae regem Henricum expeditionem bellicam, nostrarum regionum imperium in filium, jam antea Nea- 1555.
poli et Mediolano donatum, detulit. Oct. 25.

Quae rerum Belgicarum conversio ut maximi momenti esse videri potuit, sic nostratibus fuit ingratissima. A Philippi Pulcri matrimonio primae iis res cum Hispanis. Philippo, semper cohorte e Flandricae gentis aulicis cincto, gens Hispana haud arridebat. Discors inter eum et socerum socrumque animus, iniqua praesertim mens ejusdem Philippi

in conjugem infelicissimam, illi genti cum Belgicâ gente conciliandae haud parum oberat, Philippo mortuo, et Carolo adhuc minorenni, male conciliati animi odio repleti fuere; Hispanorum superbiâ mandatis aegerrime parente, quae Bruxellâ afferebantur, quibusque exsequendis homines exteri praeerant.

Illud odium cujusvis mali praesagium, quo tempore Carolus Belgis, quos eximie amabat, comitibus, in sua Hispaniae regna profectus est. Aliqua jam tunc summi momenti munera, tum politica, tum ecclesiastica, in Belgas collata fuerant. Rege in Hispaniâ praesente Belgae novis mactabantur honoribus ac redditibus! In furorem acti Hispani nobiles, urbani, rustici, arma aequali ardore capere. Clerici summae auctoritatis, atque aetate provectissimi, tumultuantibus praeire. Carolus sese, isto tumultu cum maxime grassante, in Belgium conferre, unde Aquas Grani cogitabat, ubi dignitas Imperatoria ipsi erat capienda.

Experientiâ magis edoctus Carolus diversam multiplicium subditorum indolem observare, eique obtemperare, ut in hocce cujusvis Principis officio explendo tandem excelleret. Caroli contra filius Philippus, Hispanis austerâ superbiâ simillimus, iisdem neutiquam par virtute magnanima, quae iis innata.

ta. Insuper res Belgicae, quibus praeponebatur, sese isto temporis articulo haudquaquam recte habebant. Fortuna Caroli armis minus faverat, quam antea; aerarium exhaustum (2); paci ecclesiasticae minabantur animi turbati, in quibus fides catholica vacillabat.

Reformatio tunc temporis per Lutherum ejusque discipulos et asseclas commendata res contemplatione dignissimas peperit. Earum doctrina longe lateque diffusa ad statum Europae politicum immutandum maximopere contulit, atque adhuc diu postea recto tenore, sed vi sensim diminuta, in res ante pacem Monasteriensem gestas operata fuit. Exin vero partes haud amplius egit primas.

Philippus, fidei Catholicae impense deditus, pacis in Castello Cameracensi factae occasione 1559. novae doctrinae compescendae rationes animo jam volverat (3). Ex hisce mox regionibus in Hispaniam profecturus, quibusvis tribunalibus litteris datis jusserat, ut accurate exsequerentur edicta, quae a patre ipsoque de re tam

(2) Vid. eximium illud opus Clarissimi K. KLUIT, cui titulus *Historie der Hollandsche Staatsreg. Tom.* IV. *pag.* 509—512.

(3) Demonstrante Celebri VAN DER VYNCKT, *Troubles des Pays-bas*, Tom. I. *pag.* 179—182.

tam momentosa data fuerunt. Eandem curam commendaverat Ordinibus, qui vocabantur, Generalibus, Gandavi congregatis. Nullo ad istam exhortationem responso, Ordines contra suum rite manifestaverunt desiderium de militum discessu exterorum, de urbibus castellisque non nisi indigeno praesidio muniendis, deque nullo alienigena in senatum admittendo. Philippus sese intra quatuor menses exoticos milites evocaturum spospondit. Isto vero tempore elapso illae copiae civibus adhuc erant oneri. Tandem Ordines iis negarunt stipendia, easdemque, Philippo quantumvis refragante, navibus in Hispaniam transvehendas curarunt. Hac molestia vix animis exemta, nova exorta. Aerarii conditio deploranda novum Ordinum Generalium conventum flagitare videbatur. Iterum iterumque hac de re sollicitata Gubernatrix tandem respondit, conventum illum ad Philippi reditum usque differri debere.

1559. 19 Maji. Interim Romae de Episcoporum numero augendo actum fuerat. Pontifex Philippo annuerat. 1560. 8 Martii. Mox ab hujus discessu ejus mandatis illam in rem obtemperatum. Haec novitas, populo illinc inquisitionem praesagienti minime grata, ditioribus adhuc vehementius displicuit Ecclesiasticis et Abbatiis. Siquidem ex eorum bonis sumeretur, quod ad novos Episcopos sustentandos necessarium esset.

In-

Introducta species Inquisitionis Belgis mercaturae incumbentibus magnum terrorem incussit; quippe qui magno numero novae doctrinae favebant. Quâ in re nil mirum. Scilicet commercii longe lateque extensi vi animi acuebantur, atque ad perquisitionem rerum obviarum incitabantur; illa vero doctrina, hominum summae rationi innixa, absque dubio varios habet effectus, prout ingenium magis politum, ac mores minus dissoluti sensuumque imperio obnoxii (4).

In Europâ Australi, quicquid splendoris magnifici aut harmoniae euphonicae ab artibus suppeditabatur liberalibus, id omne ad Ecclesiae solemnia commendanda adhibebatur. Sensus illic plus valebant quam intellectus apud homines. Auro gemmisque ornatae imagines precibus adibantur, quibus solus sollicitandus Deus ipse (5).

Dignitate Papali tunc ornatus vir e gente Mediceâ, enutritus in domo, cujus memoria omnibus gratissima, qui artes amant ac litteras. Leo, plane ad instar Laurentii Cosmique, patris et

(4) C. VILLERS, *Essai sur l'esprit et l'influence de la reformation.*

(5) Quicunque nos hic extra veri limites vagari autumaverit, eum amandamus ad *Cap.* IV. et praecipue ad *pag.* 52. operis, cui titulus *l'Homme du midi et l'homme du nord*, *par* CH V. DE BONSTETTEN.

et avi, in merita liberalis, ejusque dona eo gratiora, quod eorum pretium augere folitus sermone familiarisſimo cum omnibus, qui ingenio excellebant, nominique artificis genuinum conciliabant ſplendorem. Muſicam ipse exercens quicquid ad rem pictoriam pertinebat insigni favore proſequebatur (6). Quantopere architecturam amaverit, testatur templum, B. PETRO dicatum, simul vero monimentum superbiae Papalis; cujus interim memoriam, quando istud in ruinas collapſum erit aedificium, indelebilem conservabit Hiſtoria reformationis.

Dum Leo ille oculos in artificioſisſimâ pascebat Italiâ, disſitasque contemplari dedignabatur regiones, hisce mores in aulâ Pontificiâ corruptisſimi, aurique nefanda dilapidatio, haud penitus incognita. Borealis Europae pars jam ſignificaverat, a medela graviorum malorum nullum amplius reſtare effugium. Antiquarum litterarum ſtudium explicandis ingenii viribus evaſerat utilisſimum. Mores pristina gaudebant ſimplicitate. Luthero virtutes illius aevi inerant. Idem itinere Romam ſuscepto testis et judex ſeverus rituum et cerimoniarum, ad quas religio ſe

(6) Vid. GINGUENÉ, *Hiſtoire Littéraire d'Italie*, *Tom.* IV. *pag.* 18.

se praesertim in illâ metropoli redactam videbat. Ad eum inflammandum accedebat fama de perniciosissimis indulgentiis Papalibus denuo vendendis. In aetate cum maxime virili versatus, impense doctus et forti animo praeditus, ad Ecclesiam sese contulit emendandam, aut quidquid praeterea hominibus pretiosissimum, humanaeque felicitati promovendae accommodatissimum ipsi visum sit.

Tunc ille, de quo diximus, Carolus, quintus hujus nominis Imperator, metuere ne quid suum suorumque dominium a nova ista doctrina detrimenti caperet. Quam ob rem se novo huic hosti iteratis opposuit conatibus. Principes, quibus commune Protestantium nomen inhaesit, ex adverso vires conjungere. Galliae rex Franciscus Caroli ductus odio iis opem ferre. Exinde gentium diversarum termini sublati esse videbantur, Europaque universa dividi in duas tantum partes, alteras Pontifici alteras Protestantibus faventes.

Quodsi vero quispiam illinc concluserit, diversam de religione sententiam cum rebus politicis nil commune habuisse, unicamque rerum postea gestarum causam in istac opinionum differentia sitam fuisse, is utique egregie falletur. In nostrâ patriâ pro libertate tum in civilibus tum in religiosis rebus certatum.

Nostratium libertas e tyrannide Politicâ et Theologicâ exorta. Ad libertatem animorum tuendam arma haud ab *omnibus* arrepta fuissent regionibus. Ad civiles praerogativas conservandas minus diu fuisset bellatum, minoreque contemtu periculorum et possessionum. Utrique libertati civili et religiosae tuendae incumbebatur. Huic proposito impendebantur thesauri *industriâ acquisiti.* Gentis conatibus favebant vicini, *pactis ad opem ferendam adacti.*

Si Europae tabulam inspexeris Geographicam, animadvertes, nostrarum regionum situm commercio esse utilissimum (7). Mari adjacentes et fluviis dissectae, navigationi quam agriculturae aptiores. Aquis agros undiquâque alluentibus ad navigandum invitati cives. Agrorum ipsorum naturâ illuc eo magis cogi videbantur, quod solum humile inundationibus expositum cujuscumque rei vastatricibus. Ad victum quaerendum quidvis tentare necesse habuerunt incolae. Maris aestui fluviisque ope-ro-

(7) *Politieke gronden en maximen van Holland*, *typis Leydens. et Roterod.*, apud HAKKENS, anno 1670, in 8°.

rotam aggerum molem opponentes, insuper aquis internis exitum parabant multiplicatis canalibus, iisdem ad mutuum inter eos commercium promovendum utilibus; quod agricolis necessarium, qui se suisque rite sustentandis impares, ni judiciosam rerum cognitionem cum industriâ conjunxerint.

Ad piscatum porro multi sese inde ab antiquo contulere; idque victus quaerendi genus caeteris lucro haudquaquam inferius, neque minus ad mercaturam instituendam contulit. Maris sulcandi gnarus piscator facile hâc illâc discurrere, ut suam mercem cum aliâ commutet; e Galliâ huc vinum aliaque convehere, Gallorum et nostratium texturam cum cerevisiâ vinoque Borealibus importare regionibus, illinc cum variis frumenti et ligni generibus revenire, quae hic alibique vendantur. En commercium magis magisque increscens, cui ad interiora Germaniae extendendo Rhenus nobis aeque commodus (8), ac Visurgis, Albis aliique fluvii Bremae, Hamburgae aliisque urbibus, quae vocabantur, Anseaticis.

Prae reliquis harum aliarumque regionum emporiis aliquamdiu celebris Bruga; qua urbe in Maximilianum insurgente, usuque sui por-

(8) LUZAC, *Hollands Rijkdom*, *vol.* III. *pag.* 97.

1488. portus — Slusae — per decem annos destitutâ, Antwerpienses et Amstelodamenses, Maximiliano obsequiosi, occasione arreptâ suam rem egere gnaviter. Principis favore annui illic instituti fuere negotiatorum concursus. „ Exin multi aliarum regionum mercatores Antwerpiae sedem figere; praesertim quod istanc in urbem complures triremes aliaeque naves majores, ex Italiâ et mari Aegeo quotannis merces pretiosissimas et aromata apportarent (9)." Commercium sese illic ad altius etiam fastigium extulit, postquam, Bonae spei promontorio superato, in mare Indicum excur-
1498. rere coeperunt Lusitani, et magnam inde mercium Indicarum partem Antwerpiae deponere, „ tanquam in loco, unde aromata commode per omnem orbem Christianum possent distribui. Hinc mercatores Angli, Galli, Germani, Balthici maris accolae aliique, Antwerpiam confluxere; quae urbs, situ ad Scaldim commodissimo, aëre salubri, et suburbiis amoenis gavisa, sese supra omnia illius temporis emporia extulit (10)." Quo-

(9) *Politieke gronden, enz. pag.* 47, 48. E. VAN METEREN, *pag.* 7 *edit. in fol.*

(10) GUICCARDINUS, *Descriptione Belgii, Gallice versâ per F. de Belle Forest, apud* PLANTINUM, 1582. *pag.* 176—196. E. VAN METEREN, *pag.* 9. BOR, *Tom.* I. *pag.* 68, 69. *edit. Amstelod. ann.* 1684.

Quoad urbis illum situm commercio aptissimum, majora quaevis navigia e mari per Scaldim tuto haud minus quam audacter ad eam penetrabant, immo quam proxime ad ripam et machinam in navibus exonerandis onerandisque adhibitam accedebant, ut e ripa manu fere possent prehendi. *Scaldis* ille duobus in mare effunditur ostiis; quorum alterum, *Scaldis Orientalis* nomine insigne, Zomâ receptâ, sese inter Valacriam et Scaldiam (*Schouwen*) mare versus extendit. Scaldis contra Occidentalis (vulgo *Hont*) hinc Bevelandiam Meridionalem et Valacriam alluit, illinc Flandriae ripam Borealem, in quâ alveoli et sinus nonnulli olim commercio haud prorsus carebant.

Quo tempore *Carolus* V. *Hollandos* cum caeteris Belgis Philippo II. subjecit, illorum commercium per Europam jam longe lateque extensum (11); alias vero mundi partes Hollandi nondum viserant; et, quamdiu Belgium regi Hispano parebat, illinc Austrum et Occidentem versus, in utramque, ut ajunt, Indiam, navigare haud licitum. A Lusitanis interim et Hispanis Antwerpienses affatim habebant, quas venderent merces Indicas et Americanas. Novo orbe reperto, multa antehac incognita il-

(11) LUZAC, *l. l. vol.* I. *pag.* 231.

illinc desiderare coeperunt homines Europaei. Metallis illinc devectis emebatur, quicquid Asia Europaeorum offerret desideriis, quibus explendis hi intenso labore et industriâ quaerebant, quod cum rebus desideratis commutarent. Labori industriaeque dudum dediti Belgae. Telae, quas parabant, artificiosae non tantum caeteris Europaeis gratissimae; sed ab Indis quoque quaesitae (12). Quibus illas merces expetentibus, non est quod miremur, commercium inter Belgas et Hispanos bello inter utrosque grassante haud abruptum fuisse.

Quanto caeteras urbes Belgicas divitiis, potentia et civium numero, superaret Antwerpia, eo gravius bello civili fuit afflicta. Mentis errore effreni ipsius urbis incolae, praedaeque inhiantes advenae, in iconoclasiam et rapinam conversi, Divae Mariae statuam, mox a solemni per urbem deductione, contumeliose humi sternere, ejusdemque templum magnificentissimum, et altaria ditissima, spoliare ac destruere. Catholici summum numen istoc sacrilegio offensum censere; cujus honorem vindicaturi homines sanguinolentas fere poscunt victimas.

Antwerpiae calamitates de urbis in res Belgi-

(12) VAN METEREN. *pag.* 188.

gicas auctoritate, potentiâ divitiisque, testabuntur.

Caroli V. edicta, quantumvis severa, Protestantium doctrinam in Belgio reprimere haud potuere. Quam ob rem animum ad severiora convertere Carolus, immo ad inquisitionis speciem introducendam inclinare visus fuerat. Brabantini, praesertim vero Antwerpienses, oblato supplice libello intercesserant. In horum favorem edicta mitigata, et promissum nullam introductum iri inquisitionem. Par fere responsum a Philippo tulerant. Hunc etiam adeuntibus promissa immunitas ab inquisitione et novo Episcopo (13). 1521. 1551. 1563.

At insequentia Regis consilia omnibus terrorem incussere. Gubernatrici injunctum, ut edicta de religione exsequeretur: inquisitoribus in agendâ re mandatâ, esset auxilio, provideretque ne Concilii Tridentini decreta negligerentur. Brabantinis interea concessum, ut decreta illa cum regionis privilegiis conciliarentur. 1565.

Medio fere anno sequente, prima concio a Protestantibus in viciniâ Antwerpiae habita. Quae audacia, cum iconoclastarum tumultu alibi grassante conjuncta, ita metu commovit mercatores, ut 1566. 24 Jun.

(13) VAN METEREN, *pag.* 32, 33; 60. 61.

ut multi se in fugam conjicerent. Tunc Gubernatrix sollicitata, quae illustrem quempiam virum emporio praeficeret, immo nominatim rogatum, ut Princeps Arausius eam in rem legaretur, quod civibus foret gratissimum. Hanc rogationem trecenti mercatores primarii signaverant. Postquam vero Princeps eo se contulisset, ipsius rejecta fuere consilia. Cujus temeritatis cito animos invasit poenitentia, quando urbs eum iconoclastarum furorem, quem
20 Aug. supra diximus, experta est. Hoc malo edocti cives, Principi obtemperantes, cohortes e suis stipendiarios armavere. Interea metus ab inquisitione introducendâ animis exemtus, utrique cultui Magistratuum tutela promissa, in usum Protestantium templa duo aedificata. Principis jussu cum convocatis mercatoribus decreta iis de rebus communicata, iisdemque Princeps se novum rerum ordinem continuo vindicaturum spospondit.

Principis verba et facta animos confirmaverunt eximie. Mercatores promiserunt, se in suis
17 Oct. negotiis perstituros. Haud diu postquam Antwerpiâ discessisset Arausius, urbs novo quidem iconoclastarum conatu turbata; hunc vero tumultum mox compescuere cohortes armati, pluribusque sacrilegis poena capitalis inflicta. Interim Principis lenitas Gubernatrici displicuit,

cuit, Arausioque et aliis Belgarum primoribus longior in his regionibus mora minus tuta visa; quorum abitus erectos animos Antwerpiensium tantopere depressit, ut multi exemplum sequerentur abeuntium.

Quodsi fides auctoribus aequalibus, aut ijs, qui postea hujus aevi Historiam scrutati, atque in meritâ laude ac vituperatione distribuendâ, nullis partibus dediti, perpetuo aequitatis studio ducti fuere — his igitur si ulla fides habenda, solum nomen Ducis Albani, ad res Belgicas ordinandas legati, omni hominum spei a rectoribus finem fecisse oportet, ac simul omni animorum vigori, omnibusque ad tumultus compescendos conatibus finem attulit. Lento gradu versus hasce regiones properabat designatus ille Gubernator. In Gallicâ urbe Baionae cum rege Carolo ejusque matre Catharina collocutus, Mediolani reperiebat Granvellium. Interim Gubernatrix ad severiora se conferebat. Conciones Antwerpiae non amplius tolerabantur: poscebatur, ut urbs praesidiarios alienigenas reciperet. Postquam Mansfeldius suam cohortem illic collocasset (14) ipsa Dux Parmensis eo se conferebat. Templa in usum Protestantium 1567. 26 Apr.

(14) Bor, *Tom.* I. *pag.* 167. *edit. ann.* 1684.

ctum constructa demoliebantur. Persecutione instituta in plures saeviebatur.

Albanum cum tredecim millibus rite exercitatorum militum appropinquare intelligentes, homines rei publicae sibique tam male metuebant, ut profugorum numerus quotidie incre-
18 Sept. sceret. Videns id Gubernatrix edictum promulgat, ubi talia: „Tumultuantium primariis de Regis clementiâ desperantibus, et suo aliorumque damno fugam capientibus, Rex, huic multis nocenti malo finem facturus, constituit: omnibus subditis, tum indigenis, tum alienigenis, qui hic rerum suarum sedem posuerint, interdicere, ne hinc alio se conferant, aut migraturi praemittant supellectilem, merces, etc. Quod qui fecerint, tanquam seditionis ac turbarum excitatarum rei, aut saltem suspecti, comprehendentur aut investigabuntur, et rebus, quas aliorsum devehere voluerint, in fisci usum mulctabuntur. Navium et curruum vectoribus, qui noverint homines huic edicto contraria tentantes, injungitur, ut eos deferant. Quod qui neglexerit, ipse, prout res feret, tanquam suspectus aut culpae implicitus punietur, ejusque vehiculum, navigium, etc. cui bona migrantium imposita fuerint, fisco cedet."

Hisce minis flectebantur, quibus spes aliqua inerat clementiae; sed iisdem mox manifestavit

Al-

Albanus, sibi nullam indulgentiae, quo Philippus inclinaret, esse conscientiam (15). Jam nulla spes supererat. Unusquisque sibi consulere; ditiores suos secum ferre thesauros; opifices, quaestu carentes, arma in omnibus inimicum Ducem capere, aut opificinas florentes alio conferre. Hinc in Anglia complures artes, antea incognitae, incrementa ceperunt magisque excultae sunt; partim vero in Hollandiam confugit industria Antwerpiensis (16).

Ad Belgium pacandum veniens Albanus, Belgio vi, qua munitus, subjiciendo tantummodo incubuit; urbes castellis exstructis compescuit; illaque Antwerpia, quae paullo antea cohortibus suum in usum armandis stipendia conferre noluerat, sibi castellum videt impositum, cujus construendi tormentisque muniendi impensae magnam partem a civibus poscuntur. Praesidio ex Hispanis illic collocato (17) stipendia haud solvuntur; quam ob rem, in praefectos suos rebelles, urbem rapaces percurrunt; quorum effrena violentia cives cogit, ut iis tantundem numerent pecuniae, quantum ad

(15) Bor, *Tom.* I. *pag.* 176, 177. et van der Vynckt, *Tom.* I. *pag.* 247.

(16) *Politieke gronden, ens.* II. *c.* 1.

(17) Bor, *Tom.* I. *Lib.* IV.

ad aedificandum castellum, etc. jussu Albani jam contulerant.

Albano revocato, ejusque successore mortuo,
1576. senatus Belgicam regere coepit rem publicam;
15 Mart. cui Hispani complures debitum negarunt obsequium. In his refractariis erat Hieronimus de Rhoda, Antwerpiensis castelli praefectus. Hujus praesidiarii exinde urbem, rapinâ et caede saevientes, invasere, sanguinolentisque manibus auro repletis intra suum illud praedatorum refugium
4 Nov. se recepere. Paucis postea diebus elapsis, abitus ex urbe unicuique vetitus, et profugis jussum ut illuc redirent (18).

8 Nov. Pacificatio, quae vocatur, Gandavensis aliquam a miseriis requiem parare videbatur. Provinciae, quae id pactum signaverant, sese Art. II. obligabant ad mutuam opem ferendam, et praesertim ad exosos Hispanos unitis viribus Belgio exigendos. In posterum sanciebatur, Art. IV, ut hinc et illinc per cunctas illas regiones libere tutoque iretur et migraretur, ad rem agendam, mercaturamque exercendam (19).

Ac

(18) Caesorum civium numerus 5000. Tantum auri, argenti et gemmarum, raptum, ut pretii summa florenos 600,000 aequaret. Vid. BOR, *Tom.* I. *Lib.* IX. VAN DER VYNCKT, *Tom.* I. *pag.* 366. 371.

(19) *Groot Plakaatboek*, *Tom.* I. *col.* 3.

At illâ quoque spe nil vanius. Hispanorum astui, atque aemulo regionum et magnatum animo, quaevis pacta lusui. Necesse visum, ut rerum caput eligeretur; at in electione misere erratum. A socio magis periculi quam ab hoste. Antwerpia, Hispanis improviso conatu 1577.
ab Arausio extorta, meliori causae contra ne- 15 Aug.
fandum illud Alençonii tentamen vindicata. Ni- 1583. 17 Jan.
hilominus eidem urbi a fatali gloriae suae rapta nullum fuit effugium. Parmae Dux Alexander Farnesius foederatis Belgis gravem ictum parabat, qui arboris radicem feriret. Antwerpia nervus rerum gerendarum esse videbatur. Hâc urbe debellatâ Hollandiam et Zeelandiam mox succubituras opinabatur Parmensis. Hujus vero consilia Arausio haud incognita. *Is* mox suum arcessere Aldegondium, cum eo urbis conservandae rationes inire, deque obsidione intra duos menses solvenda fidem dare. Cuncta vero ad optimos conatus frustrandos concurrebant. Inter Antwerpiensium ordines (*Gilden*) unus praepotens obstabat, ne id, quod, urbi defendendae necessarium, plenum effectum sortiretur; rei frumentariae sat stolide constituta pretia medias inter divitias famem excitabant; Arau- 1584.
sii caedes regionum tunc adhuc unitarum foe- 10 Jul.
dus propemodum reddebat exanime.

Dum urbes et provinciae deliberabant, utrum

rem publicam Gallis, an vero eandem Anglis, tuendam offerrent, Antwerpiensium virtutem urbisque moenia solidissima praedicabant. Obsidiones a Goudanis, Alkmarianis et Leydensibus toleratas in memoriam revocabant. Horum exemplorum imitationem egregiis verbis commendabant. Contra Parmensis facta factis addere, obsidionem vehementer urgere, atque, ut rem coeptam perficeret, neque operae neque impensis
1585. parcere; quâ ratione rem ita perfecit, ut Ant-
17 Aug. werpia sese dederet.

Pactis conditionibus (Art. VI.) incolis concedebantur anni quatuor, quibus elapsis, nisi ad Romanam Ecclesiam rediissent, urbe deberent excedere.

Mercatoribus (Art. XIII.) spondebatur, eorum negotia, quamprimum cum alterius partis adseclis de pace ageretur, cordi fore rectoribus, et curatum iri, ut debita legitima solverentur.

Ut commercium denuo rite posset exerceri, addebatur (Art. XV.) omnes pontes, omnia freta, omnesque portus apertos fore et liberos, dum jura et vectigalia tum Regiae Majestati tum vasallis debita solverentur (20).

In ultimis coetibus religiosis Protestantium Antwerpiensium eorum concionatores eos commo-

(20) Bor, *Tom.* II. *pag.* 612.

monuerunt, ut verae fidei constanter adhaererent, urbemque linquerent. Mox deplorabilis illa diminutio emporii, quo tunc omnia alia per totum terrarum orbem longe superabantur, argumento fuit, quam „ infesta libero commercio castella praesidiis munita, atque in religione dominatus ab omni tolerantiâ alienus, quem vehementer urgebant *Jesuitae*, rectoribus exoticis belloque alteram illam tyrannidem postulantibus (21)."

Mercatores et opifices alio evocabantur; et regionum, quae in foedere perstabant, urbs primaria, Amstelodamum, Antwerpiensium praecipue advenarum ope, sese ad summum majestatis culmen evehebat (22).

Quantumvis pactum inter Parmensem et Antwerpienses eorum commercio esset utile, multi opinantur ejus justam exsecutionem cum Philippi consiliis politicis minus quadrasse, eumque sibi a potentiâ, quae ex divitiis acquisitis nascitur, atque ab amore libertatis, quae mercatoribus insita, tam male metuisse, ut haudquaquam aegro animo videret, quantopere Antwerpiensium negotium langueret (23).

Haec

(21) VAN METEREN, *pag.* 241.

(22) BENTIVOGLIO, *de la guerre de Flandres*, *Tom.* I. *pag.* 337, 338.

(23) *Politieke gronden*, I. *cap.* XII. *pag.* 50.

VAN

Haec opinio, ab aliis magis audacter defensa, aliis vero minus visa irrefragabilis, magna se commendat probabilitate, si observaveris, promissam aperturam fretorum et portuum exsecutioni haud fuisse mandatam; etsi difficultates, quae obstabant, haud essent insuperabiles; quo pertinent tum armatae naves Zeelandorum et Hollandorum, quae Scaldis ostium obsidebant, tum castella Lillo et Liefkenshoek, quae in fluminis ripâ Brabantinâ et Flandricâ penes illos Hispanorum adversarios restabant, cum omni orâ, quae nomine *Committimus* insignita fuit, Zeelandis tuenda dabantur, et sub eorum tutelâ remanserunt (24).

Belgis vicini tunc temporis jam satis fortiter opi-

VAN DER VYNCKT, *Vol.* I. *pag.* 247—249, III. *pag.* 10 *et* 111, aliique.

(24) J. ERMERINS, *Over sommige plaatsen aan de Schelde*, in *Operibus Zeelandicae Societatis Scientiarum*. Nomine *Committimus* comprehendebantur Axelia, Terneuse et Biervliet, unâ cum castellis, quae diximus. Vid. VAN SLINGELANDT, *Staatkundige Schriften*, III. *pag.* 123; VAN DE SPIEGEL, *Onuitgegevene stukken*, *pag.* 259—264.

opitulati fuerunt. Ad reformationis effectus gravissimos pertinent illinc exortae rationes novae et arctiores inter gentes Europaeas contractae. Immensam potentiam Caroli V. frenatam vidimus foedere Principum Protestantium, quibus opem ferebat Gallia. Philippus II, quo patre potentior, quoniam provinciae transmarinae ei plus auri argentique suppeditabant, eo hostem quoque fortiorem sibi habuit oppositum, *Angliam*, quâ Protestantes in Galliâ et Belgio constanter suffulciebantur. Inter hosce arcta satis societas, et Francisci I. successores sese iterato tentamine e consiliis extricare conabantur infelicibus, quibus Hispanus eos implicuerat implicitosque tenere cupiebat. Ex illorum re erat certo certius, ut Belgis adversus Hispanos irent suppetias, quandoquidem undique regionibus, quae Domui Austriacae suberant, cingebantur. Occasio illius circumvallationis perfringendae haud erat contemnenda. Hujusce Gallorum conditionis haud ignarus Philippus nil non tentabat, ut Gallos per Gallos compesceret; et quoties eorum pars Catholica alteri parti succumberet, aut haec a Catholicis vinceretur, Philippus sibimet ipse triumphare videbatur.

Per quatuor decennia, et paullo amplius, 1547.
Henricus II. et tres ejus filii alter alteri suc- 1589.

D ces-

succesſere (25), qui, alterâ manu vicinis opem laturi esſe viſi, interim alterâ Galliae ipſius la-
1572. cerabant viscera. Alençonio in Belgium vocato, mutua inter duas nationes amicitia magis arcta et ſincera fore credebatur, ſed harum regionum dominium ipſi Galliae ante nefandum Arauſii Principis necem haud offerebatur; cui provinciarum unitarum conſilio quodſi annuis-
1584. ſet Henricus III, fortasſe foedus inter Ligam,
31 Dec. quae dicebatur, Gallicam et Hispanos ſatis ir-
1585. ritum fuisſet; ſed oblatum negligenter ſprevit
8 Mart. dominium; quo facto ſe paucis post menſibus miſer ad ſervilem obedientiam Ligae placitis prae-
17 Jul. ſtandam vidit coactum.

Illorum foederatorum inſatiabilis ambitio Regi tandem ita displicuit, ut ſeſe jugi ſuscepti
1589. medio cum Protestantium copiis conjungeret,
13 April. quas Navarrae ducebat Rex. Duo illi Reges ab Anglis, Germanis et Belgis, auxilia petiere, quae iis absque haeſitatione concesſa, qui-
1 Aug. busque reapſe ferendis Henrici III. caedes ſcelesta haud obfuit.

1590. Jan. Novo pacto Philippus Ligae nova majoraque auxilia promiſit, ſe Gallicae coronae defen-

(25) *Mémoires de* SULLY, HÉNAUT, *Abregé Chronolog. de l'Histoire de France*, LA CRETELLE, *Hist. de France pendant les guerres de religion*.

fensorem vocatus, ficut Alençonius sese antea Belgicae libertatis defensorem appellaverat. Rex Navarrae, tanquam primus e regio sanguine princeps, ad occisi Regis successionem vocatus, a sociis rite quidem fuit sustentatus; at auxilia, quae ferebant, inferiora auxiliis Ligae a Philippo latis; qui, conatu suo adversus Anglicam classem irrito, copias, quas trajectui in Angliam paratas habebat, in Galliam ducere jubet Parmensi. Hic Parisios et Rotomagenses obsidione liberat, Philippique legati omnia movent, ut filia, quae Philippo e Gallicâ principe Elisabetha erat, in Henrici III. solium evehatur. Navarrensis his aliisque dolis finem facit, *sese hominibus accommodando* (26), et a religione, quae dicitur, reformata publice discedendo. 1590. 1561.

Hujus rei certiores faciens Ordines provinciarum unitarum addidit Henricus IV, Elisabetham in utilissimâ sibi societate perstare, seque sperare, Ordines idem facturos, praesertim quod ab exhaustis Principibus Germanis nil exspectare posset amplius. Huic petitioni alacri mente satisfecerunt Ordines, quibus haud inco-

(26) Verba, quibus ea de re usus Gallicus legatus Hagae Comitum, per *menschelijke wegen zoeken* reduxit BOR., *Tom.* III, *Lib.* XXX, *pag.* 725.

cognitum, quanta commoda e folio Gallico, per Navarrenfem occupato, ad ipfos redundare posfent, quique confidebant, eum fententiae fuae Politicae conftantius adhaefurum, quam Theologicae.

1591. Ante biennium de belli gerendi ratione cum eo jam convenerant, copiasque terrestres et clasfem navium quinquaginta, cui Justinus Nasfavius praeerat, auxilio miferant. Eo, quo diximus, tempore inter Ordines et Regem convenit, ut hic bellum in regni provincias Boreales conferret. Hispanis et Gallis illic continuo manus conferentibus, nihilominus anno demum
16 Jan. 1595 Henricus IV. Philippo bellum palam declaravit. Etfi Ordines focio Regi promisfis copiis, belli inftrumentis, et pecuniae fummis perquam magnis, nil detraherent, Gallia ad quietem propenfior, quam quae bellum fatis diu duceret. De pace cum Hispanis illic agi fentientes, Foederatorum Belgarum Proceres quantocius Henricum legatione, a viris honoratisfimis fufceptâ, follicitare, et fubfidii
1598. praeftiti duplum in posterum offerre; at is ni-
2 Maj. hilominus pacem pangere folemniter.

Regi a Confiliariis perfuafum, pacem illam haud obftituram, quominus fuis in Belgio fociis porro esfet utilisfimus; et, hos ab eo haud defertum iri, id ejus legatus Londini declarave-

verat (27). Immo damnum, quod pax illatura esse videbatur, haud parum resarciit Henricus. Opem tulit subsidiis nummariis, quibus pecuniam a se mutuo acceptam solvi praetexebat.

Bellum civile nostratium triginta jam annos duraverat, viribus propriis confidere coeperant, novos sibi fontes divitiarum aperuerant. Philippi contra opes exhaustae. Elisabethae fides inconcussa. Hac innixi fuerant Ordines jam per annos viginti, hâc adhuc nitebantur Hollandi, Zeelandi, aliique Belgae Septentrionales, qui, dum Meridionales Galliae amicitiam antepofuerunt, oculos in Angliam conversos habuerunt.

Quod inter Provincias Septentrionales et Elisabetham actum fuerit, attentione est dignissimum. Diminutio dominationis Hispanicae certe Reginae ita cordi erat, ut quod quam maxime; at, si utramque Angliae et Hispaniae conditionem inter se contuleris, agnosces facile Elisabetham prudenter egisse, quae conatus suos haud longius extenderet, quam ad incrementa Monarchiae Hispanicae impe-

(27) *Advis donné au Roi par* M. JEANNIN, *dans les Oeuvres meslées*, *vol.* II. *pag.* 571, 572. *ed. an.* 1659. DE FLASSAN, *Hist. de la Diplomatie Françaife*, II. 172.

pedienda. Intra sui regni fines subditis aliunde incitatis adjutisque lacessita, nihilominus id ob oculos habebat, quod apud vicinos accideret, sibique facile posset nocere. Philippo bellum palam indicere non permittebat regni
1576. status Anglici. Hollandis quare Zeelandisque, cum Comitum suorum vetus dominium offerrent,
19 Mart. aures propitias haud praebuit.

Anglis, qui nostratibus contra Hispanos irent suppetias, connivebat ipsa ad Philippum conversa, eique lenem et clementem animum commendans; et caussa, cur Arausium, quem magni faciebat, Archiduci Matthiae secundum adjungerent Belgae, forsitan repetenda ex utili consilio, quod Belgarum legatis dedit in oratione illa satis emphaticâ et lectu dignissima (28).

Diversi generis pacta cum Reginâ pepigerunt Ordines. Magni ponderis prae caeteris id pactum, quo insignis militum auxiliariorum nume-
21 Aug. rus anno 1585 Ordinibus fuit concessus; qui
2 Octob. numerus adhuc auctus, cum Antwerpia a Bel-
ga-

(28) Per Walsinghamum, die 18. Octobris 1577. Quam orationem qui legerit, ad animum revocet, velim, supra dictam dignitatem die 8. Jan. 1578. in principem Arausium fuisse collatam. Vid. BOR, XI. *pag.* 899, 900. XII. *pag.* 928.

garum partibus ad Hispanicas transire coacta fuit (29).

Mox Elisabetha palam declaravit, quibus causis ad istud pactum permota fuerit. Memorat, quantum negotiatorum commercium inde ab antiquo inter duas nationes locum habuerit. Ad Belgas subjugandos tendebat, Reginâ auctore, *quicquid Hispani Gubernatores molliti fuerant.* Regi id demonstrare haud erat verita, eique perniciosas istorum molliminum consecutiones ab oculos posuerat. Per multos annos eum commonere perseveraverat. E re Anglicâ erat, ut ipsa se tandem ad alia consilia conferret. Commercium cum Belgis exstinctum. Hostis Belgas ipsos exstinguere, Hispanos in eorum sedibus vacuis collocare, adeoque maxime confines Angliae regiones isto hominum genere complere minabatur. Ipsa nil nisi optimam rerum pacem desiderabat, pristinamque libertatem Belgis reddendam et pristinum regimen; quo Angliae regnum a periculis e vicinia tueretur, et commercium suis subditis utile instauraret (30).

Tredecim abhinc annis in pacto cum Reginâ

(29) BOR, XX. 629—646; HUME, *vol.* V. 268—272. *edit. Lond. an.* 1820.

(30) BOR, XX. 667—671.

nâ insignis locum habuit immutatio, sed in auxilio ferendo perstitit Elisabetha (31).

Celebris illa victoria Nieuportensis effecit, ut Ordines animo magis erecto cum Anglis agerent; et eorum Regina pacem desiderabat. Utrumque inter hanc et illos sat frigoris peperit. Elisabethae animum in tumultus internos, copiis Hispanicis et Papalibus suffultos, intentum gravis ictus e propinquo perculit. Exercitu mox victore ipsa quicquid in posterum accideret parum curavit, donec internis affligeretur doloribus, quibus mors tandem finem fecit (32).

Pacis amantissimus Jacobus bellum termina-
1604. vit quantocius. A quo tempore non quidem
18 Aug. protenus ab Anglis destituti Belgae; sed tanto ardore iis haud amplius succursum, ac regnante Elisabethâ.

Quodsi jam quispiam sese, e scriptis et sermonibus Belgicorum ad exteros legatorum, internam rerum Belgicarum conditionem perspecturum esse crederet, huic primorum legatorum scri-

(31) BOR, XXXV. 475—480. HUME, *vol.* V. *pag.* 393.

(32) Vid. HUME, *vol.* V. *pag.* 445, 446, atque illic citatam annotationem k. k. quâcum confer. VAN METEREN, *pag.* 494. et BOR.

scriptae aliaeque preces supplices nullam reipublicae servandae spem linquerent. Animum haud satis ad subsidium adverteret, quod auxiliis aliunde acquisitis fortius, atque in commercio, navigatione et viribus maritimis, situm, quibus Foederatarum provinciarum respublica triumphum consummatum aeque debuit ac primam suam originem.

Quo tempore Philippus Angliam classe minabatur, quam invincibilem credebat, nonaginta naves a Belgis armatae, quibus Justinus praeerat Nassavius, portus, sinus et Scaldis ostia inde ab Antwerpiae viciniâ ad Dunkerkiam usque claudebant, et triginta quinque naves aliae adversus portum Dunkerkanum in statione erant perpetuâ; quod Angliae perquam fuit salutare. Parmensis enim Antwerpiae justum congregaverat exercitum, de quo per Scaldim in mare educendo desperans novos internae navigationi canales effodi veteresque dilatari curabat; at in cassum. Slusam, Nieuwportum alioque devectae naves Hispanicae mare ingredi verebantur. Hinc majori classi inopia multarum rerum ad Angliam invadendam necessariarum (33).

Ordines porro maris partes, quae navibus mer-

(33) Van der Vynckt, *vol.* I. *pag.* 152, 153 et 164.

mercatoriis, quem plurimum frequentabantur, classibus hâc illâc decurrentibus, suis tutas praestabant, mercatoriisque navibus in Galliam aut Maris Balthici ripas tendentibus bellicas dabant itineris comites; quae navigatio in mare illud et Galliam adeo florebat, ut illuc aliquando intra unum veris mensem e statione Flevanâ 900, e Zeelandiâ vero 200 naves vela facerent. Anglis, post expeditionem in oras Hispanicas, secundam adhuc suscipientibus, jungebantur 24 naves Belgicae; quibus praefectus Joannes Duvenvordius, Warmonti dominus, litteris honoratus fuit Elisabethae, gratum animum pro quantocius paratâ atque optime rectâ classe testificantis. Praesertim Gadium urbe unitis viribus occupandâ bene meruerunt utriusque gentis nautae ac milites. Postquam utraque classis ad suos redierat, Elisabetha Belgarum praefecto secundis litteris declaravit, quantopere sibi res ab eo gestae placerent (34).

„Quamprimum Philippo II. successisset Philippus III, hic omne commercium cum Foederatis regionibus severâ lege vetuit, cui Ordines par edictum opposuerunt. Quo tempore, ne

(34) Litteras a Reginâ die 26. Maji et 4 Augusti 1596. ad Warmonti dominum datas exhibet BOR, IV, XXX, *pag.* 195 et 235.

ne ubique bene accepta nautarum gens huc illuc abiret, classis 70 navium parata fuit, quae praefecto Petro Douza tum Hispaniam, tum coloniam Hispanorum aliquam tentaret. Aliorsum magis magisque navigabatur, et mercatores sese ad societates formandas conferebant. Hispanus, ut nostratium commercio cum Balthici maris accolis noceret, speciatim vetuerat, ne Lusitani suum *sal* Belgis venderent. Mox 80 immo 90 naves, in salis feraces insulas tendentes, illam mercem suis procurabant. Frumentum huc undique convehebatur; et quam longe a vero absit, ut prospera haecce rerum conditio momentanea tantummodo fuerit, liquet ex illis octingentis aut nongentis navibus, quae paucis abhinc annis intra triduum Orientem versus (35) vela dabant, mille et quingentis aliis navigiis se ad haleeum piscatum conferentibus (36); quibus industriae generibus jam diu ante incubuerunt Hollandia et Zeelandia.

Con-

(35) Versus Orientem (*Oostwaarts*) et regiones Orientales (*Oostland*) ad Germaniam possent referri, saepius vero, sicut hic loci, ad viciniam pertinent maris Balthici, quod nomine *Oostzee* insigne; vid. VAN DER WAL, *Handvesten van Dordrecht*, pag. 137, 138 et 346.

(36) VAN METEREN, *pag.* 425 et 426.

Contra id nova erat illa navigatio, quae, versus Indiam Orientalem et Americam instituta, optimo successu continuabatur. Intra sexennium naves quatuor et sexaginta Indiam illam viserunt. His conatibus faventes Ordines et Princeps Mauritius consiliis factisque succurrebant. Premebantur maris adhuc parum noti periculis, aliisque molestiis; siquidem Indis dominantes Lusitani nostrates, commercii cum illis impediendi studio, quibusvis foedis coloribus pingere haud negligebant. Inter classium praefectos celebris Jacobus Heemskerkius, tum ob irritum quidem, sed gloriosum, conatum viam versus Indos per glaciem Borealem aperiendi, tum prop-
1607. ter victoriam penes Herculis columnas vitae suae
25 Apr. damno suis partam.

Interim ardorem Indos Orientales adeundi temperandum putarunt Ordines. India, qualis tunc erat, omnibus illuc tendentibus merces desideratas suppeditare posse haud videbatur. Hanc ob caussam aliasque, praesertim vero quo negotia illic tutius continuarentur, Lusitanorumque et Hispanorum viribus et astui melius obviam iretur, consultum ducebatur, ut diversae societates in unam coalescerent, praeter quam nullis illic mercari liceret Belgis, quaeque illic erecta castella probe muniret, suisque rebus provideret melius, quam societas quaevis mi-

nor

nor et debilior. Novae jam societati navigatio illa per viginti annorum spatium fuit addicta (37). 1602. 20 Apr.

Paria, quoad nostratium commercium cum Americanis, demum aliquo tempore elapso statuebantur, difficultatibus sublatis, quae obstabant erigendae unicae etiam societati ad negotium 1621. Indiae, quae vocabatur, *Occidentalis.* Illuc enim jam diu antea magno cum lucro navigatum fuerat. Naves majores minoresque ad illam mercaturam adhibitae, ante Inducias cum Hispanis, numerabantur fere centum et triginta (38).

Prosper ille status commercii ad majora pertinebat impedimenta quorumcumque consiliorum pacificorum, omnibusque reliquis impedimentis pondus addebat. Bello grassante plures habiti fuerant conventus, ubi de pace ageretur; illic vero suspiciones auctae fuerant potius, quam sublatae. Philippus, Belgium in filiam suam Isabellam transferens, et hanc Archiduci Alberto uxorem dans, de quopiam inter illos Principes et Belgas foederatos pacto cogitabat certo certius. Anno tandem 1607. 24 Apr. da-

(37) Van meteren, *pag.* 480, 481. luzac, *vol.* I. *pag.* 254 et 255.

(38) Luzac, *vol.* I. *pag.* 316.

de induciis conveniunt, quae octo menses durarent, et viam ad pacem panderent. Anno
2 Febr. sequente utrinque convenere, qui de justa pace agerent; quod negotium ad duodecim annorum Inducias rediisse lippis notum est ac tonsoribus.

Huc usque perducta narratione historica Lectori Benevolo satis ad animum revocasse videor splendorem, quo Antwerpia prae rivalibus emporiis fulsit, et rerum gestarum seriem, quae urbi celeberrimae haud minus obfuit, quam provinciis profuit foederatis.

Uni interim quaestioni gravissimae adhuc immorandum, et pro viribus, eheu! nondum satis virilibus est demonstrandum fundamentum, quo innixi provinciarum foederatarum Ordines declaraverint, sibi ultra omnem memoriam fuisse jus exigendi, ut merces exoticae e navibus, quibus advectae, depromerentur et vectigali solvendo submitterentur (39). Cumque

(39) Nostratibus *immemoriaal bezit en immemoriaal regt van verbodeming en vertolling.*

quo duplex hoc jus Zeelandorum, antiquum unicorum aquae vicinae dominorum, juri in Scaldis ostia superstructum esse videatur, extra oleas utique haud vagabor, si in originem hujus illiusque juris penetrare tentavero et conatus fuero explicare, quatenus alii, qui eam rem haud indifferenter ferebant, de eo nihilominus cum nostratibus consenserint.

Hic vero in duplum ac amplius aequam tui indulgentiam attentionemque imploro! siquidem, duce ad has disquisitiones nemine, quaeso, me solum conjecerim in labyrinthum undique, et saepius ex abstruso, confundendorum locorum classicorum, quibus tandem conjunctim in medium proferendis me juvenem adeo novum temeritatis notam meriturum haud spero.

Ad jura, unde Comitibus Hollandiae et Zeelandiae pars redituum, pertinebat jus exigendorum vectigalium pro transitu per freta, quae illorum dominium sulcabant aut alluebant. Norunt omnes telonia illam in rem Geervlietae exstructa atque Yersickerortae, quorum hoc *Zeelandicum* illud vero *Hollandicum* appellatum (40). Zeelandicum vectigal, quod Co-

(40) Distinguebantur vectigalia hic atque illic solvenda etiam in marina et fluvialia (*zoute en zoete tollen*).

Comites exigebant, cuique nil commune cum aliis vectigalibus hic illic per vasallos exactis — illud vectigal Zeelandicum solvebatur in loco, qui Scaldi Orientali adsitus et Zomae oppositus; fuitque satis antiquo tempore jam memoratum. Locatione ut plurimum triennali conductoribus addicebatur; cujus locationis naturam perspicias licet ex ejus instrumento, quod his subjiciendum autumavimus (41). Hancce char-

(41) „ AELBRECHT, etc. doen cond allen luden, „ dat wy bevolen hebben ende bevelen, mit desen „ brieve, onsen lieven ende ghetrouwen Heeren „ CLAES VAN BORSELEN, Heer van Cortgene, of „ dien hy 't voirt van sinen wegen bevelen sal, onse „ tollen tot Yersickeroert, mit allen wachten, die „ dair toe behoren, binnen der Rentmeesterscip Be„ westerscelt in Zeelant, dair of op te bueren ende „ te ontfangen alsulc profyt ende nutscap, als recht „ ende costumlic tot haer toe geweest heeft, ende an„ dere Tolnaers voirtyts inden voirschreven tollen „ ende wachten plegen te hebben, behoudelic onsen „ lieven zoen van GELRE, ende anderen Heeren, „ die tot haer toe vry ghevaren hebben, dat si haer „ provancie vry moghen doen voeren voirby onse „ tollen ende wachten voirscreven. Item sullen alle „ steden, dorpen ende luden, binnen onsen lande „ of dair buten geseten, die vrihede van ons hebben, „ ende tot haer toe vry ghevaren hebben, vry we„ sen na inhout hore brieven. Item sal Heer CLAES voir-

chartam nobis suppeditarunt excerpta e *Memoriali B. D.* 1351—1396. condito in capsa R Archivi publici; idque *Memoriale*, ejusdem-

„ voirscreven, of die hy 't beveelt, verbuernissen, „ die ghescien sullen voir onse tollen voirscreven, aen „ ons bringen. Ende wes wy mit onsen Rade vinden, dat dair of verbuert si, dair sullen wy of „ hebben die een helfte ende Heer CLAES voirscre- „ ven die ander helfte. Ende waer, dat Heer CLAES „ voirschreven, of die hy 't beveelde, heymelic ver- „ ding maecte, dat men in der waerheit so vonde, „ so soud' hy ons alsso veel ghelts dair voir gheven, „ als alle dat verbuerde goed waerdich waren, sonder „ him dair yet of te hebben. Voirt waer yemant, die „ claghed' dat hem te vele ofgenomen ware, dair of sou- „ de men Heer CLAES voirscreven ter antwoirde voir „ ons ombieden. Ende vonde ment inder waerheit, „ dattet alsso ware, soo sal Heer CLAES voirscreven „ vierwerven alsso veel ghelts geven dair voir. Ende „ dair of sullen wy hebben die een helfte ende die cla- „ gher d'ander helfte. Item sal Heer CLAES voirscre- „ ven betalen ende voldoen alle verleende mannen ende „ ander pensien, die op der voirscreven tollen bewyst „ syn, ende dair of quitancie nemen, om voir ons „ mede te rekenen, ende dat sullen wy him of korten „ van de sommen ghelts, die hi ons geloeft heeft van „ de tollen voirscreven. Ende hiervoir heeft ons Heer „ CLAES voirscreven gheloeft ende versekert mit sinen „ brieven te betalen onsen Tresorier, die nu ter tyt

cujusque generis reliqua, vectigalis illius Zeelandici mentionem saepius iteratam faciunt. Primam quam illic investigavi mentionem ad annum

„ ... of natuels wesen sal, tot onsen behoef, diere ons „ goede bewisinghe of doen sal, elkes jaers in den „ Haghe op sine cost vyf ent seventich ℔ groot sules „ payments, als mint van onsen tollen pleghet te nemen. Te betalen die een helfte op Allerheiligendach, ende die ander helfte op ten eersten dach van „ van Meyemaent daer naest volghende, of binnen „ acht daghen daerna onbegrepen. Ende wy sullen „ Heeren CLAES voirscreven leveren onsen tollenhuys „ te Yersiekeroert, ent dat sal hi in goeden rek houden. Dese bevesinghe ende voirwaerde van pachte „ sal ingaen op sinte Pouwelsdach conversio, in den „ Jare als men scriven sal MCCCXCIII. na den lope „ van onsen Hove, ende sal dueren daerna zes jaer „ lanc. Ende waer dat sake, dat die Engelsche stapel van der Wollen of van Oesterlinghen in Middelburch of anders waer binnen onsen Landen quamen, soo soude Heer CLAES voirscreven der voirscreven termyn lanc elkes jaers van den voirscreven tollen ons also veel meer gheven, als onsen „ lieve neve JAN VAN ARKEL, Heer tot Hagensteyn, „ onsen Tresorier den Heer van Egmonde ende den „ Heer van Gommighem goed dunken sal. Ende waer „ dat sake, dat enich van den drien voorscreven, of „ alle, dairbi niet wesen en mochten, dat wy dan „ voir dies afwesen andren van onsen Rade dairtoe

„ mo-

num 1303 pertinere vidi. Antiquius vero vectigalis Yersickerortani locandi instrumentum haud reperi, quam quod anno 1347 scriptum (42). Ultima vectigalis in *Memorialibus* mentio anno 1440 injicitur. Anno 1437 telonium locabatur *mille ducentis et quinquaginta scutis Hollandicis*; quibus nil detraheretur, nisi bello impediretur navigatio in Scaldi Orientali; quo casu quatuor arbitri definirent, quid vectigalis conductori posset remitti. Si vero bellum cum Anglis cessaret, et hi rogarent, ut sibi merces suas uno per fretum Yersickerortense devehere liceret, vectigalis conductor summae, quam diximus, quadringenta scuta Hollandica adderet. Summarum, de quibus inter locatores et conductores, inde ab anno 1347 ad annum 1440, convenisse vidi, omnium major ea, de qua anno 1418 conventum pa-

„moghen setten. Ende want 't, dat onse steden
„binnen deser tyt onveylich werde, soo gheloven
„wy Heeren CLAES voirscreven van synre stede, die
„hi daraen setten moght, versoet te doen bi den drien
„van onsen Rade als voorscreven is. In oirconde
„etc. gegeven in den Haghe des Vridaghes na Ponti-
„ani anno MCCCXCII; *sub cursum curiae nostrae.*"

(42) Secundum quod conductor locatori solveret *elkes jaers omme achte en twintig pond grote; den schilt voir* XVIII. *gerekent.*

pacto, secundum quod Comiti quotannis *duo millia novorum scutorum aureorum Hollandicorum solverentur.* E telonio Geervlitano reditus duplo major.

Si hic longam attexeremus seriem locorum, quibus vectigalium conductoribus addictorum mentio fit in *Memorialibus*; dissertationem inutili fere labore prolongaremus. Id tantummodo addimus, nomen telonii Zeelandici illic diversimode exprimi per *Jeersikeroert*, *Giersickerorde*, *Jersickeroerd*, *Jesigheroert*, *Yersickeroert*, *Yersikeroird*, *Yersickeroort*, *Yersikenoirt*, etc.

Mercatores se vectigali solvendo quâvis ratione subtrahere conabantur; quorum dolis Comites multiplicia opposuere consilia. Utramque rem, testatur edictum Philippi Burgundi signatum anno 1433 (43).

Ad

(43) Die 12. Octobr. Vid. KLUITII, *Hist. Crit. Comit. Holland pag.* 1075—1077. Integrum illic exhibetur monumentum, ubi Princeps inter alia, „dat
„ enige schipperen uut Engelant, uut Vranckryc,
„ uut onsen landen van Brabant, Hollant, Zeelant,
„ eñ oic sommige andere mit hoere schepen geladen
„ mit coipluder goede die Honte up varen tot Bra-
„ bant, wairt ende die weder offcomen, meynende
„ mits dien wege, om dat sy die Schelt niet up en
„ varen voirby die tollen onser liever Zuster tot Yer-
„ sic-

Ad Comitum acta hac in re pertinebant vigiliae (*wachten*), in variis collocatae stationibus; quarum numerus quantus Caroli Audacis aevo fuerit, liquet ex edicto, cui nomen Reformatorii, quodque a Philippo Pulchro pro- 1495.
mulgatum. Hujus ope emendatum universum 6 Maji.
fere regimen, speciatim vero res pecuniaria et dominialis, quae dicitur; quam ob rem in istoc edicto nonnulla reperiuntur, quae vectigalibus exactis lucem affundunt.

Te-

„ sickeroirt, derselver onser liever Zuster te ontrecken zulken tol, als sy hoir sculdich sün van hoiren goeden tot Yersickeroirt. Ende want ons niet en gebuert te gehengen, noch hengen en willen, dat onse lieve Zuster voirs. met sulken liste oft anders an den horen (suis in rebus) vercort eñ veronrecht soude worden." Hanc ob rem iis, qui tunc titulo Bailliuw, Rentmeester, Scout, etc. insignes, jubetur, „ de schippers oft coiplude, die hore „ oft yemands anders goede also die Honte up of „ neder gevoert hadde, of voeren woude, sonder „ den tolnair tot Yersickeroirt te betalen sulken rech„ ten toll, als of zy voirby den tol tot Yersic„ keroirt voeren, die terstont aen te tasten, te „ vangen en helpen verkrachtigen tot onze liever „ Zuster behoeff, up dat zy off hair tolnaer van „ hoeren wegen dies corrigeren ende dairmede om„ megaen moge, als dat behoirt, eude dat anderen „ exempel dair an nemen mogen.".

Teloniis et vectigalibus tunc magnam partem bonorum dominialium et redituum, quibus Principes gaudebant, facientibus, Philippus eorum administrationem quantum fieri posset corrigere avebat, et vigilias teloniis inservientes, quas ejus mater partim dimiserat, aut restituere, aut in perpetuum continuare, ubicumque ab antiquo collocatae fuerant. Hanc in rem intentus jubet, ut telonium Yersicker-ortanum cum omnibus, qui ei Caroli ducis aevo ministraverant, locatione publicâ conductori, qui omnium maximam summam offerret, in triennium submitteretur, talibus conditionibus, ordinationibus et favoribus, quales sub Carolo obtinuerant (44).

Vec-

(44) *Nous plaist, ordonnons et declarons que dès maintenant et incontinent ces presentes publiées par tout notre dit pays de Zellande et lieux et places la il appartient notre Rentmaistre de Zeelande baille a ferme notre dit toulieu de Yersicker-oirt et les membres et gardes dicellui a Vlisfinges, Wilsingen, Soutelande, Rammekins, Ernemuyden, a la Vere et Cats, Valckenisse et ailleurs, publicquement par proclamations a trois dimances a coy et renthiere, au plus offrant et derrenier rentherisseur, et a la chandelle ardant, sur telles et semblables condicions ordonnances et resignacions que lon avoit accoustume faire au temps de notre dit feu Seignr. et pere le duc Charles, et que*

au

Vectigalia quidem tempore antiquiori exigebantur Yersickerortae, verum id quoque satis diu factum in urbe Tholen, ac dein Bergae ad Zomam, quando haec urbs anno 1479 magnis donata fuit praerogativis. Ex istâc urbe telonium Antwerpiam translatum fuit; unde Tholenam rediit; atque hinc adhuc alio transiit sedes conductoris, cui locabantur vectigalia (45). Quantum damni sibi illatum judicaverint Zeelandi, quo tempore vectigalia haud amplius in eorum provincia solvebantur, liquet e rogatione ab Ordinibus Zeelandiae Belgii rectoribus oblatâ, quibus responsum, acsi Princeps minorennis ad rem rogatam inclinaret, ipsisque de eâ bene esset sperandum (46). At nihilominus

au dit notre Recaveur seront sur ce faites, signees et envoiees, par ceulx de noz comptes a la Haye en Holl. et ce pour une terme de trois ans, ou autre terme tel, etc. Videatur *Hermermings, edict van* Philips II. *over Holl. enz.* §. 6. penes KLUIT, *Hist. der Holland. Staatsreg.*, *deel* V. *pag.* 396. Jungatur, quod idem Vir Clarissimus de bonis dominialibus Comitum (*Grafelyke Domeinen*) in eodem opere, *Tom.* IV. *pag.* 426. *sqq.*

(45) SMALLEGANGE, *pag.* 547.

(46) Responsum datum d. 22. Maji anno 1515. De die, quo rogatio signata fuit, haud liquet; id tamen post anni 1518. finem factum fuisse demonstrant

mus tres Ordines Valacriae se multis abhinc annis videre coactos ad Imperatorem Carolum V denuo adeundum, scribendo, se timere, ne vectigalia Yersickerortana, si diutius iis praecipue Antwerpiae solvendis daretur occasio, a bonis dominialibus et reditibus Zeelandicis alienarentur, atque ad Brabantiae dominium pertinere censerentur. Imperator multa ad animos placandos, sed nil certi ac probe determinati rescripsit (47). Il-

strant verba ipsius rogationis, quae de damno supradicto: „ Art. V. Item want den Tol van der „ Honte, 't welk een lidt ende wachte is van den „ voorn. Tolle van Zeelandt, over langen tyd ge„ weest en noch is beleendt ende verset in han„ den van die van Antwerpen, 't selve nochtans „ tegens privilegien van den lande van Zeelandt, en „ dit om een kleyne somme van penningen. Welck „ pantschat of beleeninge niet alleenelyck komt tot „ schade en achterdeele van Mynen voorschr. Ge„ nadigen Heere, maer oock eensdeels tot destruc„ tie van denselven lande. Dat Mynen Genadigen „ Heere believe daerinne te willen remedieren, 't „ zy by lossinge van den voorschr. Tol of anders„ sins tot synen en der voorschr. Toonders mees„ ten oorboire ende profyte." *Groot Plakaatboek Tom.* IV. *col.* 1034—1007.

(47) Scripserunt Ordines Valacriae, „ hoe dat „ sy verstaen hadden, hoe dat Syne Maj. in meining „ had te verpachten den tol van Yersickeroort, mits-

Illis rebus enarratis mox subjecit Boxhornius: *Profecto Zeelandorum querelae ratione haud destitutae, quandoquidem experientiâ edocti, commercium Zeelandicum, postquam telonium alio translatum, immensum quantum decrevisse, mercibus, quas Brabantini in Zeelandiâ quaerere consueverant, jam a Zeelandis in Brabantiâ quaerendis, et navibus mercatoriis juxta Zeelandiam rectâ, velisque ne*

„ mitsgaders alle de wachten en dependentien van
„ dien, en dat men het principael comptoir van
„ van denzelven tol zou doen houden binnen Ant-
„ werpen, waerdoor geschapen was by lankheit des
„ tyts denselven tol geacht en gerekent te sullen
„ worden voor inkomen der Domeinen van Brabant,
„ en sulks vervremt van de Domeinen en inkomen
„ van Zeel. 't welk grootelyks komen en redun-
„ deren sou tot prejuditie en verachteringe van ons
„ land van Zeeland." In rescripto, Bruxellae d. 16. Octob. 1548. signato, Imperator: „ dat den ontfank
„ en opbeuren van den voorschr. Tol van Zee-
„ land en Yersickeroort, met de wachten en depen-
„ dentien van dien, den welken hy uit sekere con-
„ sideratie had doen houden en noch houdende was
„ tot Antwerpen, en alsoo buiten den lande van
„ Zeeland, geschied was by syne ordonnantie; het
„ welk hy nochtans niet wilde keeren tot preju-
„ ditie van de Graeflykheid van Zeeland in toe-
„ komende tyden."

ne momento quidem temporis demissa, illuc tendentibus.

Haud minus urgente querelâ Zeelandi exposuere damna atque incommoda sibi manifesto
1562. illata, cum Rex Philippus dein Gandavenses
5 Aug. à vectigalibus immunes declaravit. Non solum Regi, tanquam Comiti Zeelandiae, sed huic etiam regioni ejusque urbibus, multum mali praesagierunt, si Rex Magistratibus Gandavensibus permitteret, ut se suosque vectigali Zeelandico et novae vigiliae, de quâ ad portum Gandavi (*Sas van Gend*) collocandâ cogitatum erat, subtraherent.

Tres Ordines Zeelandici querelas suas superstruebant praecipue privilegio, per Ducem Phi-
11 Jun. lippum anno 1452 dato, secundum quod Comiti sua Regalia neque universa nec partim alienare liceret, speciatim vero comitatus Zeelandici reditus nullatenus diminuendi, eorumque collectio ipsis illis locis, ubi inde ab antiquo facta esset, relinquenda (48). Asserebant Zeelandi, ve-

(48) In isto privilegio Dux PHILIPPUS talia: „De Graef sal gehouden zyn te conserveren alle „de rechte en revenue des Graefschaps van Zeeland tot profyte van syne successeurs, en voordeele van de inwoonders van dezelve, en dat „byzonder in respecte van de exemptie en vrydommen van Tholle over Zeeland, sonder deselve die „van

vectigalia ad suam provinciam pertinentia necessario nullibi alibi, quam intra suae ipsorum provinciae limites, esse colligenda, sicuti vectigalia caeteraque jura Brabantina, Flandrica et Hollandica in ipsis regionibus, e quibus oriunda, haud secus ac tempore, quo cuique regioni suus Princeps fuerat, colligebantur. Porro Zeelandiae jacturas, quas a Boxhornio audivimus, citabant, addebantque, Zeelandorum commercio magis magisque decrescente Regis e vectigali reditibus multum detrahi; siquidem Brabantini et alii, qui antea saccharum, aromata, vinum, oleum, fructus exteros, ferrum, etc. a Zeelandis emisssent, vectigal solvere soliti fuerant Zeelandicum; quod tunc in Brabantia a Zeelandis, atque a multis aliis, istas merces illinc petentibus, haud solvebatur; Zeelandis ab isto vectigali aeque immunibus, ac illi, qui res Antwerpiae coemtas haud per aquas Zeelandicas, sed plaustris aut per flumina devehebant.

Demonstratio satis longa, sed digna, quae tota legatur, ducit ad conclusionem: gratiam, Zeelandicis Ordinibus haud consultis neque auditis, Gandavo factam, esse annullandam, ob privilegium a Duce Philippo datum, cui anne-

„ van Vlaenderen of andere onvry zynde te com„ municeren, enz."

nexa clausula de revocandis et annullandis omnibus decretis isti privilegio contrariis, ex quocumque fonte fluxerint (49).

Quam ob rem constitutum fuerit, ut vectigalia Autwerpiae solverentur, discimus a Guiccardino (50). Quo vero tempore telonium Zee-

(49) SMALLEGANGE, *pag.* 331, 332.

(50) Qui rerum Belgicarum pergnarus Italus id ad commoda mercatorum Antwerpiensium promovenda factum observat, in *Descriptione Belgii*, *versionis supra laud. pag.* 158. ubi talia: *Le Prince, comme Duc de Brabant, a les daces, qui se lèvent sur les denrées, qui vont et viennent par mer, lesquels s'appellent la Tole de Brabant, et lequel dace est affermé ordinairement de quatre en quatre ans, et monte communement environ dix-huit ou vingt mille ducats d'afferme par chascune année. Encore leve de Prince en Anvers, comme Comte de Zelande, partie d'un pareil tribut sur les mesmes marchandises de mer, et lequel se souloit jadis payer en Zelande; mais ores,* pour la commodité des marchans d'Anvers, *on paye ici tous les tributs et gabelles, qui se recueillent de toutes sortes de marchandise, entrant ou sortant par la voye de mer; mais de celles qui vont et viennent par terre on paye la dace en autres ports de Zelande; et ce tribut est affermé par an de vingt à vingt deux mille ducats.* Hunc locum citans P. PAULUS, *Verklaring der Unie*,

Zeelandicum Antwerpiam primum migraverit, id mihi huc usque haud compertum; sed apparet e sententiâ, in supremâ curiâ Machlinensi pronunciatâ, anno 1504. in utilitatem Regis, ut Comitis Zeelandiae, adeoque etiam in utilitatem illius Comitatus, adversus Antwerpienses atque Ordines Brabantiae, qui vectigalia Zeelandica et Hontana *colligebant* — ex illa sententiâ apparet, non tantum mercatores Zeelandos separatim, sed Ordines quoque, se isti vectigalium administrationi opposuisse.

Continet illa sententia, sicut istoc aevo solitum, utrinque audita, sive contraria, testimonia; atque ex eâ nonnulla infra Benevoli Lectoris oculis exponenda esse videntur (51).

Cum

Unie, enz. I. deel, pag. 232. addidit nonnulla; sed ex auctoribus, quos allegat, haud comperi, ea, quae de Geervlitano vectigali commentatus, Yersickerortano etiam convenire. Edictum anni 1509. de telonio Ruremondano, quod memorat, me adhuc aeque latet, ac disquisitio, quâ in haec omnia altius penetraturum se pollicitus auctor celebratus.

(51) *Mettoient en fait — les dits procureur et fermiers — que la dite fleuve (de Honte) de tout en tout estoit* fleuve et stroom de Zeelande *sauf le Conte de Flaendres du coste et au long de Flandres y avoit autant et ci avant* jurisdiction, *qu'il pouroit entrer en l'eauwe et aloncher d'une espec*

Cum teloniis quam arctisfime cohaerebat privilegium quibusdam emporiis concesfum, cui no-

espee ou de la verge de justice, ce qu'il a voulu exploicter, et n'y aproche le Duc de Brabant a VI lieues-prez. Sententiae conclusio talis: *Faisant droit, declarons, que le Comte de Zeelande a droit de lever et cuillier par luy, ses fermiers, receveurs et commis, son Toulieu de Geervliet et de* Yersiekeroort *generalement sans rien excepter par tout son pays, Comte de Zeelande, cours d'eauwes et strooms d'iceluy, aussy bien la Honte et autres, qu'ils sont et comment ils se nomment; et ce de toutes navieres, denrees et marchandises, quelles soient et de quelle part elles viennent, appartenans a marchans non francs, que en allant, venant, montant, descendant et passant, ou touchant aucuns des cours d'eauwes et strooms des susdits Honte et autres. Et que semblablement le Comte de Zeel. a droit de mettre ses wachtes et gardes par chemin des susdits strooms et cours d'eauwes, aussi bien la Honte que aultres, et generalement, sans rien excepter, par tout son dict pays de Zeelande, pour par le moien des dits wachtes et gardes et tant mieux et plus facilement recouvrer, recevoir et faire entierement venier, etc. les deniers*

nomen *Stapelregt*, secundum quod naves mercatoriae, quae in urbium illarum viciniam appellebant, in ipsarum portibus erant exonerandae, quo fraudibus in teloniorum jura melius obviam iretur. Siquidem naves istae non solum telonia vitabant, sed ii quoque nautae, qui vectigalium immunes, quorumque magnus erat numerus, immunitate summopere abutebantur. Sibi cum teloniorum ministris nil negotii esse praetexentes, merces hominum, qui nulla immunitate gaudebant, sub suis ipsorum mercibus [illegible] oc-

tiers et le droit d'iceluy son Tonlieu. Et condemnons les dicts des Etats de Brabant, de rendre et restituer tous les dommages et interests que feus nos predecesseurs et nous avons soustenu et souffert par lear moien et empeschement depuis le commencement et mesmes depuis l'an XLIII. *dernier. Et lesquels dommages et interests nous reddisons et moderons de grace a la somme de dix huyts mille florins d'or Philippus, etc. etc. Donne en nostre ville de Malines, l'an de grace* 1504 *le* XI. *jour d'Octobre.* Hanc sententiae conclusionem nobis promsit SMALLEGANGIUS. Praemissa vero, quae citavimus, KLUITIUS, *Cod. Diplom. chart. etc. pag.* 1081, 1082. Vir hicce clarissimus praemissa illa sumsit ex Registris Camer. Ration. Zeeland. MSS. dictis. I. *Copulaatboek fol.* 437. *fol. verso.* Ad rem illustrandam adhiberi insuper posse videntur duo MSS. quorum idem KLUITIUS, *pag.* 1081, mentionem injecit.

occultabant, ut, si illi ministri ab ipsorum navibus inspiciendis haud possent arceri, primo intuitu nil reperirent, unde exigi posset vectigal. Praeterea fraus in declarationibus de mercium quantitate ac valore. Immo quidvis fere tentabatur, ad navium onera, horumve partem aliquam, juri Comitum subtrahenda. In cujus mali continuo aucti remedium statutum fuit, ut naves exonerarentur, atque adeo telonii ministris locus daretur omnes omnino merces, a quibuscumque navibus advectas, rite examinandi, et videndi, ne vectigale debito fraudarentur (52). Has ob caussas privilegium, quod diximus, pluribus concessum fuit emporiis, speciatim vero Medioburgensi; uti liquet e chartâ his subjectâ, quâ id caput Zeelandiae privilegio fori navibus mercatoriis exonerandis destinati (*Stapelplaats*) die 5 Febr. anni 1405 munitum fuit (53).

Cum

(52) Vid. v. d. WALL, *Privil. van Dordrecht*, *Vol.* I. *col.* 100. *aanmerk.* et *Groot Plakaatboek*, *Tom.* III. *col.* 563. *sqq.*

(53) „ WILLEM, Hertog van Beyeren, Grave van „ Hollant en Zeelant, enz. doen cont allen luden, „ want wy in 't wair verstaen hebben, dat alrehande coiplude goede uten lande van Vlaenderen ende van anderen landen voirbi onse tollen niet en „ comen, ende buten voir onsen lande van Walche-

Cum in tranſitu aliorum quoque meminerimus privilegiorum, quae multis immunitatem a vectigalibus peperere, forſan haud erit abſonum,

„ cheren overgeſceept worden, dair wy zeer bi beſcadicht worden ende grotelic jegens ons, onſe lande van Walcheren ende onſer ſtede van Middelburch draecht, *'t welk ons niet en ſtaet te liden* in geenre wys. Wairom wy ombieden ende bevelen onſen getrouwen Bailliu, Burgemeiſteren, enz. van Middelburch dat ſy geenrehande over en laten ſcepen voir onſe lande van Walcheren; ten zy dat dieſelve goede eerſt opgeſlegen worden binnen onſer ſtede van Middelburch op ſulc recht als wy ende dieſelve onſe ſtede dair of ſculdich ſyn te hebben, duerende tot onſen wederſeggen." VAN MIERIS, *Charterb. Deel* IV, *pag.* 3." Triginta fere abhinc annis Dux Burgundiae: „ De ſchepen de Wielingen of het Veergat inkomende zullen heure last breecken, heuren opſlagh doen, loſſen ende ſtapel houden, binnen des voorſchreven ſtede van Middelburch, alſoo verre, enz. De ſchepen, die niet laſt breken, geen opſlag doen, maer met den anderen goede tot andere plaetſen of ſteeden vaeren woude, die ſoude Myn Genadigen Heere van dien goede, dat hy alſoo in ſynen ſchepe behielde, geven den twintigſten penninck, ende daer mede vaeren daer hun geneugden, enz." VAN MIERIS, IV. 1043, 1044, et SMALLEGANGE, pag. 417—419, 424.

si hic addiderimus, Zeelandiae Camerae Rationum, quae dicebatur, anno 1554 Antwerpiam misisse nomenclaturam alphabeticam omnium urbium, caeterorumque locorum aut regionum, quibus nulla vectigalis Zeelandici solvendi obligatio imposita esset (54). Speciatim Berga ad Zomam immunitate ab illo vectigali munerata fuit a primo e Bavaris Comite, Gulielmo. Ista praerogativa confirmata per Gulielmi illius fratrem Albertum, et posthac iterum per Philippum Burgundum, cui Boni cognomen adhaesit. Cum porro hicce Dux iisdem Bergensibus immunitatem a vectigali Geervlietensi concessisset, utrique Hollandi et Zeelandi illam liberalitatem sibi valde obesse demonstrarunt. Mox eorum querelae peperere privilegium anni 1452, quod *pag.* 50 memoravimus. Declaravit ibi Dux, se tale beneficium in nullas posthac urbes collaturum, siquidem videret, quantopere praerogativa Bergensibus concessa tum Hollandiae Zeelandiaeque Comitatibus, tum proventui e vectigalibus noceret.

A Philippi Burgundi vestigiis hac in re plus semel discessere Principes sequentes, inter quos
1479. Maria Bergensium praerogativam auxit, atque
[illegible] in-

(54) Catalogum prolixum et multis nominum centuriis compositum exhibet SMALLEGANGIUS.

insuper vectigal Yersickerortanum in posterum Bergae solvi jussit, Regem Philippum Gandavenses ab isto vectigali immunes reddidisse supra aeque vidimus, ac Zeelandicorum Ordinum de istâc privilegii ibidem partim exhibiti infractione querelas e Smallegangio (55). 1562.

Pauca his attexere liceat de jure in aquas Zeelandicas exercito, unde forsan major lux et vis praecedentibus. Erat igitur Medioburgi inter Comitis ministros praecipuos unus, Praefectus aquarum (*Baillių van de Wateren*) appellatus, cujus regimen omnes, quae Zeelandiam alluebant, aquas marinas et fluviales complectebatur (56). In antiquioribus chartis ejus generis, quo rationes reddebant isti aquarum praefecti, rexisse leguntur aquas juxta Flandriam ad Saftingam usque porrectas, et nomine Wielingen et Hont appellatas, quarum penes alios iis finitimos nullum regimen; et porro illam Scaldis partem, quae juxta Bergam, Ry-

(55) Confer KLUIT. *Historie der Holland. Staatsreg.* V. *Deel*, *pag.* 382—385; J. DOORNIK, *de Magno Mariae privilegio*, *in Appendice*, et JOANNIS BAVARI chartam, *Groot Plakaatboek*, *Tom.* III. *columna* 13.

(56) *Costuymen*, *enz. der stadt Middelburgh*, *art.* I. et IV. Vid. *Groot Plakaatboek*, *Tom.* I. *col.* 1009.

Rymerswale, Goes, Cats, Cortgeen, etc. decurrebat. Illas chartas disertis verbis citat scriptum, Bruxellae, die 20 Julii 1562, ab iis, qui rei pecuniariae praeerant, de inquisitione in delicta aliasque res super aquis perpetratas, exaratum, atque in grammatophylacio Comitatus Zeelandiae obvium (57).

Haec praefectura tempore antiquo instituta fuit a Ducibus Burgundis, tanquam dominis Zeelandiae, ut inquireretur in delicta, fraudes et caetera navigantium facinora. Praefecto illi munus colligendi tributa navium exterarum et haud immunium, quae aquas intrabant Zeelandicas, Antwerpiam aut ad oram Flandricam tendentes atque in illas aquas ancoras demittentes; quod commodum eas obnoxias reddere censebatur tributo, secundum navigiorum magnitudinem, bonorum Dominialium administratoribus solvendo. Quantum ad res aquis innatantes, vinum, oleum aliaque, illinc sive in oras Flandricas, sive in Zeelandiam ad Occidentem Scaldis (*bewester Schelt*) extracta, haecce ab aquarum Praefecto colligenda, qui eorum rationes Comitibus referre tenebatur Zeelandiae; Flandricis justitiae ministris nullum exercentibus re-

gi-

(57) Vid. etiam SMALLEGANGE, *pag.* 157, 158.

gimen in aquas eorum regionem a Septemtrione alluentes (58).

Jus Zeelandorum in Hontam inde ab antiquo ubique agnitum fuisse testatur Epistola Ducis Brabantini ad Hollandiae Zeelandiaeque Comitem 1413. data. Dux illic de Hontâ loquitur, ut eam 13 Julii. sub Comitis ditione fuisse judicaverit; huic enim scribit quae infra leguntur (59). Asserunt insuper ii, quorum testimonium supra allegavimus, *Hontam a capite ad calcem fuisse fluvium Zeelandicum*, *etc.* (60)

Nos

(58) SMALLEGANGE, *pag.* 159 *sqq.* et 379.

(59) „ Dat onlangs leden ennigerhande lude mit „ gewapenderhant te schepe gelegen hebben op den „ stroom geheeten den Hont, *u toebehoorende*, dat „ die cooplude ende comenschapen door *uwen stroom* „ tot onsen lande van Brabant, ende sunderlinge tot „ onse stat van Antwerpen, niet en hebben mogen varen noch vlieten, in achterdeel onser Heerlicheit enz., so bidden wy u, dat ghi dat also „ wilt doen verwaren, dat op noch door *uwen* „ *stroom* ons noch onse voirsz. lande ende stat van „ Antwerpen alsulken schade niet meer en geschye, „ ende enz." Vid. VAN MIERIS, *Charterboek*, IV. *Deel*, *pag.* 235, 236.

(60) *Mettoient en fait — les dits procureur et fermiers — que la dite fleuve de tout en tout estoit fleuve et stroom de Zeellande*, *etc.* Vid. nostram annotationem 51, *pag.* 53.

Nos jam ad tributa illa conferimus, quae, postquam Zeelandi in Ducem Albanum insurrexerant, una cum vectigale Zeelandico exigebantur, quorumque haud secus ac illius vectigalis mentio iterata facta fuit, cum de Induciis ageretur. Num vectigal isto tumultu interno grassante perpetuo solutum fuerit, dubitationi obnoxium esse videtur. Certo certius illo tempore inde haud tantum subsidii redundasset, quanto tunc erat opus. Nova commercio imponebantur onera, quae aerario sustentando (*tot aanzoetinghe der schatkist*) perquam utilia, at vicissitudinibus obnoxia belli et commercii; quod posterius, saepe impeditum, raro aut nunquam plane liberum, fere indesinenter premebatur tributis magis minusve aggravatis, quibus nomina *Convoy-* et *Licent-gelden*.

Tributa, quae *convoygelden* audiebant, id nominis habebant ab armatarum navium auxilio, quod navibus mercatoriis praebebatur adversus exsules, in eas per Principem Arausium, quo tempore ipse etiam exsul, immissos, aut adversus piratas; quod auxilium, secundum magnitudinem navium, valorem mercium, itinerisve longitudinem, compensabatur.

Tributa, nomine *Licent-* sive *Verlofgelden* distincta, nata e decretis, quibus vetabatur, ne por-

portus hostibus frequentarentur. Haec enim decreta exceptionibus infringebantur. Nonnullis permittebatur, ut merces suas hostibus venderent, postquam lucri sperati sat magnam partem aerario solvissent. Illa tamen venia nunquam ad ea, quae hostibus armandis alendisve inservire possent, extendebatur (61). Venia eadem obtinebatur a nonnullis pacto quopiam generali, quale id, quod Princeps Arausius cum societate Anglica iniit, quae, nomine *Avanturiers* insignis, illo pacto, lucri satis magnâ parte Principi stipulatâ, veniam obtinuit quatuor simul navibus mercatoriis in Scaldis aquis decurrendi (62). 1573. 15 Maji

Aliud pactum, cum Brugensibus initum, demonstrat, Hispanis subdita emporia, quorum commercium per foederatos vexabatur, a tali negotio haud aliena fuisse. Brugenses se anno 1590. ad Zeelandos conferebant, sese eadem tributa, quae iis imposita, solvere paratos testantes, si ipsorum naves ea lege a quotidianis tutae essent rapinis, ipsorumque urbs aliquibus frequentari posset navibus exteris, veniam ea-

(61) Vid. BOR L. XII. 948. *Politieke gronden en maximen. pag.* 165. *Leven van* Willem I. *Deel* II. *bladz.* 487.

(62) VAN METEREN, *pag.* 99.

eadem ratione acquirentibus, quâ naves, quae Antwerpiam et Gandavi portum frequentabant. Quibus interim annuere tunc adhuc noluit Parmensis (63).

1591. 21 Oct. Anno abhinc praeterlapso de pacto istoc convenit inter Brugarum urbem et Mediobargenses maris praefectos (*Admiraliteits - collegie*). Commercium per portum exerceretur Slusanum, eâ conditione, ut in sinu Slusâno (*Zwin*) collocaretur navis Zeelandica, quae merces illuc advectas, aut illinc alio destinatas, inspiceret, immo naves susspectas exonerari juberet. Utraque pars caveret, ne navigiis, quae chartis necessariis munitae Brugis in Zeelandiam et vice versâ tenderent, ulla fieret molestia; et Brugensibus talis eam in rem venia a Parmensi esset acquirenda, *qualem is navigationi inter Antwerpiam et Zeelandiam concesserat*. Pro inspectione et exoneratione navium intrantium aut exeuntium, et pro ipsis navibus et hominibus, quos illae veherent, eâdem prorsus ratione solveretur, *ac solitum ad castellum Lilloense et Philippinense* (64).

Hoc

(63) VAN METEREN, *pag.* 318.

(64) „ En zullen de recherceu en verbodemin„ gen van de goederen, gaende en keerende, op „ zulken taks en pryse geschieden, zoo ook van de „ sche-

Hoc pactum, postea renovatum et amplia- 1596. 24 Febr.
tum, ad res pertinuit, de quibus questi Hollandi, Zeelandos culpantes, acsi privatâ auctoritate portus hostiles aperuisſent. His querelis acriter fuit reſponſum. Quoad pactum illud, Zeelandi ſibi videbantur commercio generatim utiles fuisſe et Zeelandicae mercaturae ſpeciatim. E portu Sluſano antea multum mali piscatoribus et navibus mercatoriis. Illinc in navium ſtationes, fluviorum ostia, immo in portuum intima, incurrebatur; quae vis infesta haud arceri poterat, niſi quatuor navibus bellicis continuo portui hostili oppoſitis. Gauderent Zeelandi, ſi cunctis ejusmodi malis obviam iri posſet pactis, quale esſet pactum cum Brugenſibus initum, quod per Ordines Generales ſancitum et Principi Maurikio, re rite examinatâ, utile et necesſarium viſum fuerat. *Tacemus*, pergunt Zeelandi, *Ordines Generales, die* 1 *Sept.* 1588, *ſpeciali decreto conſenſisſe et permiſisſe, ut frequentarentur omnes portus, ad quos naves eo modo, quo nunc in ſinu Sluſano, posſent exonerari, etc.* (65)

Hâc

„ ſchepen als van de perſonen van dier ſyde over „ en weer varende, in aller manieren," *gelyken 't ſelve voor Lillo en Philippine is geeïſcht te doen.*

(65) Vid. Bor, IV, xxxiv. 310, et *Acta Or-*

I *di-*

Hâc re ad Ordines Generales relatâ, omnes censuere, fraudibus melius obviam iri posse portu Slusano penitus claudendo. Quodsi vero haud clauderetur, cunctis regionum unitarum incolis esset aperiendus, atque inspectio et exoneratio totius reipublicae nomine essent instituendae. Zeelandis relicta fuit optio. Ad portum claudendum ducebat cura conservandae Ostendae, quae Zeelandos haud minus occupare deberet quam caeteros. Liberum commercium Brugensibus vires posset suppeditare ad Ostendanos tandem submittendos. Interim novum concipiebatur edictum, quo aditus portuum hostilium unicuique vetaretur. Hoc decretum Collegio, quod res Zeelandicas nomine Ordinum moderabatur, per duo membra consilii Ordinum Generalium (*Raed van Staete*) offerebatur, sed ab isto Collegio seponebatur; quippe cui Ordines Zeelandiae disertis verbis vetuerant edictum promulgare, quod eos ad pactum cum Brugensibus rescindendum obligaret; atque huic sententiae inhaeserunt Ordines illius provinciae (66).

Li-

dinum Zeelandiae (*Notulen van Zeel.*) an. 1596. pag. 169–185.

(66) Vide excerpta ex *Actis Ord. Gener.* ap. BORRIUM, IV. xxxiv. 385–391. Quid porro de re

Lite hâc inter Zeelandos et Hollandos flagrante, vectigal Zeelandicum haud negligebatur. Anno enim 1596 exeunte consilia inibantur, omnium redituum Provinciae, ex publicationibus, vectigale, bonis dominialibus et feudis, quantum fieri posset, augendorum et melius ordinandorum (67).

Anni sequentis initio de propositione viri, qui bonis dominialibus Zeelandiae ad Scaldis Occidentem praeerat, deliberabatur, et statuebatur, tentamen faciendum collocandarum vigiliarum in usum telonii juxta castellum Lilloense et Mauritii, atque in sinus Slusani nave stationariâ, ubi vectigalia secundum solitam agendi normam colligerentur. Juri telonii in hâc illâve vigiliâ satisfaciendum esset a mercatoribus, antequam naves exonerarent, aut merces in vasa, etc. conjectas aliasve navibus imponerent. Quoad illud jus iis eâdem ratione es-

re actum sit, cujus tractatio demonstrat, quantopere commercium cum regionibus hostilibus Zeelandis cordi fuerit, et quomodo illarum regionum portubus usi fuerint, docent *Notul. van Zeeland*, *an.* 1596. *Jan.* 13. 17. 19. 25 et *pag.* 35. *Martii* 21, 25. *Aprilis* 4, 5. *Junii* 18, 22, 29. *Aug.* 1, 6, 10. *Octob.* 5, 24, et *pag.* 256, 313. *an.* 1597. *Jan.* 13. *Febr.* 3. *etc.* et *Sept.* 18.

(67) *Notulen van Zeeland*, *an.* 1596. *Dec.* 16.

esset agendum, ac quoad tributa pro navium tutelâ, et veniâ portus hostiles adeundi (*Convoy- en Licentgelden*), Refractariis poena vectigalium ordinatione praescripta infligeretur. Qui secundum illam ordinationem haud immunes, his immunitas non magis donaretur, quam eâdem privarentur, qui eâ gauderent. Qui vento contrario aut saeviente in portus intrare cogerentur, sed nullas illic merces deponerent, ad vectigalia solvenda haud obligarentur; sed ii tan-
1597. tummodo, qui naves exonerarent. Eodem die
13. Jan. ad decretum statutis enarratis consentaneum transierunt Ordines Zeelandiae; quod decretum verbo tenus ex eorum Actis contextui duximus subjiciendum (68).

En,

(68) *Acte nopende de wachten van den Zeeuschen Thol, om ghedruckt te werden.* „Die Heeren Staeten van Zeelandt ontbieden ende nyettemin ordonneren by desen allen ende eenen yegelicken, dient behoort, te betaelen op de Wachten van den Zeeuschen Thol by Haere E. als nu gheleght tot Lillo, Mauritsfort ende op de schepe van oorloghe voor der Hofstede in het gadt van der Sluys, 'trecht van den voorschr. Zeeuschen Thol, aen de Commisen aldaer respectivelick ghestelt of noch te stellen, achtervolghende d'Ordonnantie van den Thol daertoe ghemaeckt ofte te maecken, ende omme te verhoeden die fraulden in „ de

En, quomodo Ordines viribus suis navalibus usi fuerint. Ad hostes per mare nil devehebatur, nisi navibus foederatorum, quae illius negotii veniam multâ pecuniâ coemebant. At anno 1604 Ordines se protinus in angustias reda-

„ de betaelinghe van de goeden, commende van den
„ vyandt, diezelve te verbodemen voor de voorschr.
„ plaetsen van Lillo, Mauritsfort ende der Hofflede;
„ ende voorts dat op alle zoo ordinaris als extraordinaris Wachten van den voorschr. Thol, binnen ende buytten Zeelandt, in 't gesach van de
„ Gheunieerde provincien wezende, een yeder schuldich zal zyn zyne goeden ende coopmanschappen
„ te claeren ende 't voorschr. recht van den Thol
„ te betaelen, zoo van stukgoederen als alle andere,
„ op eenige der voorschr. Wachten aleer dezelve te
„ moghen in de schepen laeden, ofte daeruyt lossen, gelyck 't zelve geschiedt in de Convoyen ende Lycenten; alles op den penen ende verbeurtten
„ in de Ordonnantie van den Thol breeder begrepen."
Actum ter Goes den 13. *January* 1597.

Hoc decretum superstructum fuisse videtur tribus de vectigali statutis, *d.* 13. *Maji* 1518, ab Imperatore Carolo V. editis. Vid. *Groot Plakaatboek*, *Tom.* I. *col.* 1520—1527, et praecipue *Tom.* V. *col.* 957-961. Hisce vero statutis originem dedisse credimus supra memoratam supplicationem Ordinum Zeelandiae. Vid. *Groot Plakaatbock*, *Tom.* IV. *col.* 1001—1007.

ductos viderunt desiderio Consiliariorum Regis Brittanniae, quos Archiducum legati excitaverant, postquam Rex pacem cum iis fecisset, ad cujus conditiones liberum cum eorum subditis commercium pertinebat. Rogabatur ejus nomine, ut Scaldis navibus Brittannicis aperiretur, eaeque juxta Vlissingam et castellum Lilloense Antwerpiam tendere atque illinc redire possent, si tale veniae pretium (*Licenten*) penderent, quale naves Foederatorum, cujus pars dimidia Ordinum ministris solveretur, caetera vero aerario Brittannico, in diminutionem summae, quam Regi debebant Ordines. Provinciis ea de re auditis, Ordines Generales rogationem declinarunt, verentes, ne ista navigatio Brittannorum mercaturae ipsorum perquam noceret, atque inspectionem mercium valde infringeret. Nolebant enim Brittanni concedere, ut ipsorum naves hic exonerarentur. Prae caeteris vero indulgentiae obstabat metus, ne Archiducum vires navales in Scaldi tantopere increscerent, ut quidpiam adversus Foederatos possent tentare, sive propriis navibus, seu Brittannicis, illuc appulsis et coactis ad copias aliave in Archiducum gratiam huc illuc devehenda (69). Il-

(69) VAN METEREN, *pag.* 519, 520.

Illâ rerum conditione de *Induciis* agi fuit coeptum. Ea, quorum cuique parti intererat, sibi invicem valde adversabantur; atque in ipsarum regionum foederatarum desideriis multum contrarii. Pauci vero inclinabant ad ea, quae sibi cordi erant, saluti publicae postponenda; quae perversitas pluribus harum regionum incolis et politicis adhuc diu postea inhaesit.

Quatuor res summi ponderis prae caeteris discutiendae: num cultus Catholicus, e foederatis regionibus exsulans, illic denuo admitteretur; an utraque India, quae vocabatur, ab earum nautis frequentaretur; quid commercio Europaeo, praesertim interno (70), concederetur; et cum tertio hoc articulo arcte cohaerebat quartus de finibus Belgii foederati et Hispanici rite describendis.

Primis congressibus de pace actum fuit, de quâ extra Europam quoque stabiliendâ cito fuit desperatum. Vix duobus a colloquiorum initio mensibus elapsis Hispani vehementes de pensu

suo

(70) Quod inter Belgas foederatos et Hispaniae subjectos exerceretur.

suo querelas fundere haud verebantur. Pacificatio iterum iterumque examinata ipsis bestia triceps esse videbatur, cujus capita pax, induciae et bellum; pax in hisce regionibus, induciae quoad Indias, et bellum maritimum (71).

Ex-

(71) In Mſ. cui titulus: *Verhael van 't geen ſich toegedragen heeft op 't verhandelen van den treves ende beſtant tuſſchen, enz.* talia legimus: „ Den XXIX Martii. Daechs te vooren die geſanten „ van de Eertshertogen doen affragen ſynde, off hare „ E. yetwes te ſeggen hadden op te Acte, ſoo „ die ſelve tegenwoordich was ontworpen, ſoo ſyn „ op te XXIX. Martii gecompareert den Preſident „ Richardot ende den Pater Commiſſaris Neyen, „ hem ten hoochſten beklagende van dat die Hee„ ren Staten ſoo vast bleven by haer opinie, ſon„ der in eenige ſaeken hem te willen belyeven, ſoo „ in die geheele handelinge, als in 't byſonder by „ deſe acte; dat het onredelick was hare Prins te „ vergen, mitsgaders den ingeſetenen van Brabant, „ dat ze ſouden moeten betalen voor 't gebruyck „ van de ſtroom en convoyen; datze ook, nyette„ genſtaende het was tegen alle gebruyck, hare „ Princen hadden gedwongen, omme te moeten af„ ſtant doen van de namen ende titulen deſer landen, „ ende meer andere; dat men nu daer en boven „ gelycke obſtinaetheyt bevonde in deſe acte gecon„ cipieert op 't beſtant van Oost-Indien ofte het „ ar[le] houdende de limiten van den vrede.....

„ wensch-

Ad Inducias fuit transitum; quod negotium absque interloquio legatorum exterorum etiam fuisset irritum. Omnibus notum, ad quem exitum per mille molestias perventum fuerit. Ipsi illi, qui rem confecere, fat nequiter professi, curatum fuisse, ut ejus natura haud omnino perspiceretur (72). Articuli arcani, articulorumque obscrorum interpretationes, ab utrâque parte et legatis exteris, Induciarum conditiones tam aenigmaticas reddunt, ut eorum explicatio fortasse non in eorum textu sed alibi quaerenda sit. Nobis aliud agendum, atque investigandum, quid scripta illius temporis de vectigali Zeelandico, et Zeelandorum jure in aquas vicinas, potissimum prodiderint. Sed antequam nos ad eam *disquisitionem* conferamus, Jeannini memoranda sunt verba de mutuâ commutatione locorum in finibus utriusque Belgii sitorum, quam Archiduces proposuerant, Foederati vero declinaverant; quoniam illa commutatio ipsorum commer-

„ wenschten oock in dese handelinge noyt te wesen gebruyckt, om die onsalige uyteinde die se „ daer in sagen, datse nyet en wisten watse van „ dese handelingen en souden maecken; dat ze die „ eens hadden geresumeert, enz."

(72) BENTIVOGLIO, *Tom.* IV. *pag.* 525, 526.

mercio, et reditibus e tributis a mercatoribus exigendis, nocitura esse videretur. De quâ commutatione Gallicus iste legatus sibi persuasum esse ait, Ordines colloquia potius abrupturos, quam loca Brabantina et Flandrica concessuros, quae ipsis omnino necessaria, quibusque acquisitis Archiduces novo bello facile in Hollandiam aut in Zeelandiam penetrare possent, immo alteram regionem ab alterâ separare (73).

In quantum reditus ex supra memorato jure in aquas cordi essent Ordinibus, id Archiduces tam bene noverant, ut mandatis, quibus suos ad pacis negotium legatos muniebant, sequentia disertis verbis inseri curarent: *De commercio Belgico haud secus erit agendum ac de Hispanico. Cum jam probabile sit, illos suis commodis omnino invigilaturos, oportet ut, quicquid statuatur, navibus, quae jure suo undecumque nos adire voluerint, aut hinc alio ten-*

(73) *Or estant bien asseurez, que les Etats rompront plutost, que de rendre ces places de Brabant et de Flandre, qui à la vérité leur sont de très grande importance. Car, les Archiducs les ayant recouvrés par la paix, s'ils la veulent rompre après, il leur sera aisé, ces passages ouverts, d'entrer en Hollande, en Zeelande, et de separer mesme ces deux provinces l'une de l'autre.* JEANNIN, *Lettre au Roy du seizième Fevrier* 1608.

vendere; liberum concedant navigationem, et nil ab iis exigant, nisi forte antiqua illa vectigalia, quae solvebantur ante bellum. Tributa pro tutelâ et veniâ ab utrâque parte abolenda esse videntur (74).

Sessione tandem decimâ utraque pars scriptos protulit articulos, quorum discussionem desiderarent. Die sequenti Ordines Generales decreverunt, cujusque provinciae delegatos suam de illis articulis sententiam enunciaturos, ut ii, quibus pacificatio commissa, scirent, quid possent concedere (75). Provinciarum delegati censuere, omnes commercii Europaei participes ea-

(74) *Se traitant du trafic d'Espagne se devra aussi traiter du trafic d'icy, et ores que aparemment il le voudront du tout a leur advantage, se devront ils an tout evenement donner libre passage, et ne rien (faire) payer aux bateaux et navires, qui de droit voudront venir a nous, de quelque part que se soit, et de ceux qui de nous voudront aller ailleur; et en tout cas ils ne pourront exiger que ses anciens droits et gabelles, qui se payoient avant la guerre, sans pretendre ny droit de convoy ny licences, qu'il semble se devoir abolir d'une part et d'autre.* Vid. *Instruction donnée par les Archiducs à leurs députez, à Bruxelles le* 16 *Janvier* 1608; *Mem. de* JEANNIN, *pag.* 54.

(75) Vid. MS. cui titulus: *Secrete Resolutien, Sabbathae den* 8 *Maart* 1608.

eadem ratione esse tractandos, legitimâ et jam diu ante soluta vectigalia aliaque jura illi solvenda esse Provinciae, ad quam pertinerent, aut aliis verbis, antiqua privilegia et immunitates, quoad illa vectigalia et jura, esse continuanda in utilitatem eorum, quibus ab aevorum praecedentium Principibus concessa fuerant (76).

Hâc

(76) „ Is geproponeert, off die gedeputeerde „ van de Provincien hun bedacht hebben op te „ extensie van de drie poincten, die in de eerste „ conferentie mette Commissarissen van de Ertsher- „ togen te verhandelen zyn, te weten op te onder- „ linge traffycque in de Nederlanden, item de ver- „ seeckeringe van de selve ende op de repressalien — „ ende daerop verklaert wezende jae hebben die 't sa- „ mentlycke gedeputeerde van de Provincien openin- „ ge gedaen van elck syne meninge — verstaende „ die voorf. Heeren Gedeputeerde van de Provin- „ cien al noch eenparichlyck volgende de Resolutie „ voor den middag genomen dat men ten regaarde „ van de limiten van de Trefves ter Zee sal bly- „ ven by de hoochten geexpresseert by den pro- „ visionelen stilstant. Item aengaende de voorf. on- „ derlinge commercie in dese landen, dat men sal „ mogen gebruycken gelycken voet, als verdragen „ en geaccordeert is van de commercie op Spaig- „ nen, Portugael, ende andere des Coninx van „ Spaignen rycken ende landen, sonder dat men d'in- „ gesetenen van deze Landen meer sal mogen be-

„ swa-

Hâc de re duodecima sessione fuit collocutum. Hispanorum legati censuerunt, viam ex Hispania usque ad Antwerpiam ita aperiendam, ut naves nihil omnino penderent. Nostrates reposuere, ultimam illius viae partem suam esse, nullasque obtinere causas, cur ii, qui aquis Foederati Belgii uterentur, magis forent immunes, quam cives ipsi reipublicae. Hispani responderunt, viam illam ad mare, quod liberum, pertinere; nostrates asseruerunt, navibus Antwerpiam tendentibus per fluvios et maris sinus nostris aggeribus cinctos esse decurrendum (77). De 13. Mart.

„ swaren, als d'Onderfatnen van de Ertshertogen „ mitsdien van gelycken sal wedervaren deselve ondersaten van de Ertshertogen en de Vereenichde Provincien, ende dat men die wettige oude thollen ende „ andere gewonelycke rechten en gerechticheden sal „ betalen in de Provincien daer die toebehooren; welverstaende die oude privilegien ende exemptien sullen alnoch staet grypen ende volgen die geene, „ die dezelve van de voorgaande Princen hebben „ vercregen. Wat belangt de verseeckeringe van „ den voors. handel, enz." *Secr. Resol. Lunae den* 10 *Maert* 1608. *p. p.*

(77) *Vid. Verhael, enz.* ubi: „ Conferentie den „ XIII Martii, 1608; Sessio XII, waermede gecommen „ synde op de commercie ende trafycque mitsgaders „ op de Represalien voldoening van de Thollen en-

 „ de

De vectigalibus nostrates disertis verbis declaraverunt, illa tributa aliaque jura, quibus ante bellum ab utrâque parte satisfieri consueverat, et privilegia, quibus Provinciae, urbes, etc. gavisae fuerant, in posterum quoque locum habitura. Vectigalia solverentur, ubi ante bellum, ni Belgii divisio aliam sedem telonii commendaret (78).

„ de gerechten des lants, is dispuyt geresen opte „ vrye commercie, sy sustinerende, datse behoorden te commen uyt Spaengien tot voor Antwerpen, sonder betalinge van yets. Ter contrarien „ die onse, dat die mosten passeren onse stroomen, „ en dat gene redene wesen soude, dat die geene, „ die onse stroomen gebruyken, souden van vryer „ conditien wesen, dan onse eygen ingesetenen. Sy „ daertegens, dat sy nyet en behoeffden te passeren dan die Zee, die vry was. Die onse weder, „ datse mosten passeren onse binnendyckse stroomen ende rivieren."

(78) „ Dat die ende andere gerechtigheden, die „ voor den oorloge daervan ten beyden syden waaren betaalt, ende privilegen, die die provincien „ steden ende leden van ons hadden gehadt, dat „ die souden onderhouden worden; dat die tollen „ souden ontfangen worden daer die voor den oorloge ontfangen waeren geweest. Ten waere die „ separatie andere oorsaecke daertoe geven mochte, „ ende sonder preiudice van d'eene ofte d'andere

„ nyet

Illis lucem affundunt acta sessione decimâ tertiâ, quando ab Ordinibus in medium prolata, quae conceperant, ab Hispanis vero longa dissertatio de mercaturâ Antwerpiae aliorumque emporiorum, quae sub Archiducum erant ditione (79). 17. Mart.

His-

„ nyet en souden cunnen worden gecontinueert." Vid. MS. cui titulus: *Memorien van Staet* XII. *conferentie, geh. den* XIII. *Martii* 1608. Conf. *Secr. Resol. Veneris den* 14. *Maart*.

(79) Vid. VAN METEREN, *pag.* 591, et *Memorien van Staet*, XIII. *conferentie, den* XVII. *Martii* '*s naemiddaegs*, ubi post alia: „ Wat belangt d'articulen van de binnenlantsche trafieque, „ nae dat het eene ende andere concept was gelesen, syn verscheyden discoursen gevallen op de „ gerechticheyt, convoyen ende lasten ter beyden „ zyde te betaelen, als mede ter oorsaecke van de „ previlegien, vryheden van tollen ende diergelycke „ immuniteyten. Ende maecten die gesanten voorn. „ groote swaricheyt op 't stapelrecht ende op die „ tollen van Zeelandt, dwelcke voor den oorloge „ tot Antwerpe ontfange plegen te worden, ende „ dat deurt goetbevinden van Cō van Spaegnien, „ als wesende prince zoo wel over Antwerpen als „ Middelburch, verstaende, als wy met Brabant, „ Vlaenderen ende d'andere Provincien, soude in „ vreede weesen dat men haer nyet en soude mogen beletten noch in Hollandt noch Zeelandt vry

„ met

Hispanis abrogationem privilegii, cui nomen *Stapelregt*, urgentibus respondere nostrates, se mirari, hanc libertatem in arctis nostris aquis et fluviis posci ab iis, qui eidem alibi, ubi mare per centena milliaria extensum, reluctarentur (80). Die sequenti illae res communicatae

„ met haer scheepen in *Zee* te gaen ende weder te „ commen. Waerinne zy van ons werden onder„ richt, dat, als over die reviere van Hollandt ofte „ van Zeelandt wilde gaen, datse ten regarde van „ haer territoir d'selve souden moeten kennen (er„ kennen, eerbiedigen) oock dat die Tollen van „ Zeelandt, die tot Antwerpen in voorgaende ty„ den waeren ontvangen, nu weeder zouden moe„ ten keeren aen Zeelandt, deur die separatie van „ de provincien. Ende oock die van Zeelandt was „ daervan gegeven een acte van nonpraejudici, dat „ men uyt haere concepten wel conde mercken, „ uyt wat Boteque die waeren gecommen, seggen„ de dat het ter contemplatie van die van Antwer„ pen was gedaen, met meer diergelyke propoosten; „ ende is dese sessie gescheyden, dat wegens d'aen„ staende conferentie dese concepten by een yege„ lycken naerder souden werden geexamineert, om„ me alsdan breder daervan te spreecken."

(80) Vid. *Secr. Resol. Lunae den* 18. *Maart* 1608, ubi. „ Die Heeren gedeputteerden totten vre„ dehandel rapporteren ter presentie van syn *Ex*„ *cellentie* en Raedt van State dat sy gisteren syn „ ge-

tae cum Ordinibus Generalibus, Principe Mauritio atque Ordinum Consilio praesente, et statutum fuit: Ordines Hollandiae et Zeelandiae, quorum id negotium prae caeteris interesset, rogatum iri, ut id nonnullis e suis committerent, qui discrepantiam opinionum, quantum reipublicae salus permitteret, componerent. Cujus cona-

„ getreden in conferentie mette Heeren Commissarisen van de Ertshertogen voor de derthiende sessie..... dat daernae is gelezen het concept by de voorf. Heeren Commissarisen ingestelt, en dat sy Heeren Rapporteurs daertegen de difficulteyten, die sy daerinne remarqueerden, hebben verthoont ende haer versocht die na de redeleyckheyt en billichheyt ende jegenwoordige constitutie van saecken te willen veranderen en reformeren; maer dat haer E. daerinne swaricheyt hebben gemaeckt, menende in de commercie van herwaerts over te behouden de vryicheyt op de stroomen, gelyck die geweest is voor den oorloge; ende dat oock de stapelrechten conden werden affgedaen, daerop by hen geseyt wiert, dat sy vremt vonden, dat haer E. desen vrydom hier pretendeerden in de enge wateren, ende op ander Heeren stroomen, ende dat sy dien elders wilden benemen, daer de Zee honderde mylen breedt was, ende dat men begeerde de oude geprivilig eerde stapelrechten te behouden ende te maentineren, dat sy, enz."

natus eventu ad Ordines Generales relato deliberaretur, quomodo res porro posset expediri. Hollandis et Zeelandis, quibus ea jam committebatur, ex caeteris provinciis nonnullos posse adjungi, si id forte desideraretur (81).

Hi, quibus res commissa, suam sententiam scripto mandatam die 19 Martii Ordinibus Generalibus et Hollandicis obtulerunt. Die sequenti legatos Regum amicorum consuluerunt. His conservatio tributorum pro tutelâ et veniâ difficilis visa fuit, quandoquidem Hispani paria suum in usum exigere possent tributa, quae in-

(81) „ Den XVIII Martii is hiervan rapport gedaen aen Staten Generael, ter presentie van syn „ Exc. en Genade ende den Raet (van State); ende „ worden goet gevonden, dat men die van Hollandt „ en Zeelandt soude verzoucken (deze saecke haer „ principalyk toucherende) dat zy uit den haeren „ soude committeren, die dese concepten souden con- „ fereren, ende die discrepantien modereren, als „ zy naer redelyckheyt ende ten dienste van den „ lande souden bevinden te behooren, ende daervan „ rapport gedaen weesende dat men alsdan overleggen „ soude, wat wyders hierinne te doen souden „ weesen. Daertoe dat d'andere Provincien, die dat „ sullen goet vinden, eenige uytten haren oock sullen „ moegen voegen." *Memor. van Staet*, et *Secr. Resol. l. l.*

inter amicos et vicinos haud essent exigenda. Nostrates responderunt: illa tributa sibi necessaria esse tuendis navibus, tum adversus piratas, tum adversus pericula ab aquis, fundo et oris. Addidere: eadem olim quoque exacta fuisse, donicum provinciae uni Principi parere inciperent, vectigaliaque tunc demum Antwerpiae solvi coepisse, sibi vero ab omni praejudicio illinc derivando cautum fuisse scripto, quod adhuc possiderent. In colloquii fine legati promisere, se nostratium postulatis haud oblocuturos, si altera pars sese iis haud opponeret (82).

Eo

(82) Vid. *Memor. van Staet*, ubi: „ Den XX
„ Martii syn die redressen en pointen den Ambas-
„ sadeurs gecommuniceert .... ende versocht
„ weesende haer advys, verclaerden, ons wel te
„ vertrouwen, dat wy op alles wel hadden gelet,
„ maer dat zy niet anders en conden verstaen, als
„ men haer coopmanschappen coomende ende uit-
„ gaende de rivieren van de zee deur Zeelandt zou-
„ de willen beswaeren met eenigen lasten ende con-
„ voyen, dat men nyet en soude connen ontgaen,
„ ofte die van Brabant souden onse coopmanschap-
„ pen mede met gelycke lasten mogen beswaren,
„ nyet jegenstaende wy sulcx deden tot gemeyn prou-
„ fyt, als die piraten uyt die zee te verjagen ende
„ die coopmanschappen deur convoyscheepen te ver-

Eo die post meridiem locum habuit sessio decima quarta, et nostrates Hispanis circa res me-

„ seeckeren. Worden verthoont, dat alle souverains „ vry stont, op haere rivieren ende stroomen al- „ sulcke lasten te stellen, als zy goet vonden, en- „ de consequentelyk ons en dat er andere oorsaec- „ ken waeren, waerom oock ten deese sulcx wor- „ den gedaen 't welck sonder kosten nyet en kon „ geschieden, als ter cause van waecken, palen, „ tonnen, verseeckertheyt van de vaert; dat het „ wel waer was, dat voor den oorloge sulcx nyet „ en was geschiet, ende dat men dye van Antwer- „ pen daermet nyet en hadde beswaert, maer doen „ stonden die t'samentlyke Provintien onder eenen „ heere, by d'welcke goet gevonden was, om alle „ questien te vermyden; dat den toll van Zeelandt „ daer soude ontfangen worden; maer nu die Pro- „ vincien worden geseparееrt, zoo compt het recht „ van Zeelandt weder tot dezelve, waervan zy „ oock thoonen kunnen acte van nonprejudicie." In Codice Mſ. cui titulus *Verhael*, *enz.* insuper: „ Ende hoe wel men heeft gearbeyt hen daerop by „ redenen contentement te geven; soo doordien nae „ rechten die Princen vermöchten over haere stroo- „ men zoodanige impositien te stellen, als hen goet „ dachte; als doordien men seyde dat men nyet en „ sochte yemant meer te beswaren, als onse eygen „ ingesetenen, en hebben sich echter daerop nyet „ gehouden voer voldaen, seggende nochtans, soo

„ die

memoratas obtulerunt conditionem hoc fere modo conceptam: Illustrium Archiducum subditi et Foederatarum regionum incolae vicissim eo favore mactabuntur, quo nationes, quarum commodis maxime indulgetur. Jura, tributa pro tutelâ et caetera onera, quae eorum navibus mercatoriis imponentur, erunt omnino aequalia. Privilegia circa commercium, et vectigalia, quae ante annum 1566 ab utrâque parte viguere, instaurabuntur. Telonium Zeelandicum in Zeelandiam remigrabit, cui nomen suum debet atque originem (83).

Ar-

„ die gesanten sulcx wilden toestaen, zy hem geen „ partye en wilden formaliseren."

(83) „ Die generale ende particuliere octroyen, „ privilegien, vrydommen, rechten, exemptien en „ constitutien voor den jare 1566 in stuk van de „ handelinge, traffycke ende thollen (dese handelinge niet contrarierende) die respective provincien, quartieren, steeden, dorpen, collegien, „ plaetsen ofte persoonen, verleent, van dewelke „ deselve hare succesfeuren, ofte actie daarvan hebbende, in posfesfie ofte gebruyck geweest syn „ in den voorf. jare van 1566, sullen ter goeder „ trouwe allomme ende aen allen zyden onderhouden ende achtervolcht worden, gelyck oock de„ selve by den Ertshertogen en de Heeren Staten „ worden bevesticht, sonder dat van nooden is,

 „ an-

Articulus ille compositus ex iis, quae sessione decimâ tertiâ, die 17 Martii, utrinque erant proposita. Nihilominus nulla sui parte satisfaciebat desiderio Hispanorum, qui navigationem postulaverunt plane liberam, nullisque antiquis aut novis oneribus aggravatam (84). De istoc

„ andere confirmatie daervan te verzoecken. De „ thollen van de Ertshertogen en respective Staten „ en Prov. enz. en zullen na de publicatie van „ desen van geen der zyden hooger ofte anders in „ lopenden gelde, nochte oock tot andere plaetsen „ als in dezelve provincien, en daer die van outs „ gehorig ende toecomende zijn, worden geheven „ ofte ontfangen, en namentlick den tol van Zee„ landt in dezelve provincie, niet tegenstaande die „ voor den oorloge, onder acte van nonprejuditie „ buiten deselve provincie is ontfangen." Vid. *Secr. Resol. Mercurii* 19 *Martii*.

(84) Ut interim ostendamus, Hispanorum postulationes ad illam libertatem haud protinus accessisse, ex eorum propositionibus citamus sequentia: „ De „ stapelreghten in ouden tyden vergunt aen sommi„ ge steden van d'eene en d'andere zyde, van wat „ specie ofte waren dat et sy, sullen van nu voor„ taen geen plaats hebben dan voor die van de„ selve partye zonder daartoe te bedwingen, ofte „ onderwerpen die van de andere partye, dewelcke „ sullen hebben en genieten deselve vryheyt, als „ offte hetselve stapelrecht aldaer niet opgerecht „ en ingestelt ware."

isto Articulo eadem fere colloquia, ac inter legatos amicorum et nostrates. Quaestio de privilegiis Hispanos diu detinuit; rogabant eorum enumerationem; nostrates id mox fieri non posse ajebant, sed mercatores satis nosse, quae vectigalia hic et illic exigi solita; atque illam rem eo minore difficultate premi, quoniam in scripto oblato memorata essent *privilegia, quae ante bellum locum obtinuerant;* privilegia Dordraci et Medioburgi nullâ illustratione indigere, siquidem illis urbibus data ante a Comitibus Hollandiae et Zeelandiae, quam hae regiones aliaeque cum Brabantiâ uni Principi essent subjectae; in quâ possessionis vetustate certe nulla caussa, cur ea nunc temporis supprimeretur (85).

Se-

(85) „ Comende op 't poinct van de privile„gien, hebben syl. versocht enumeratie van de„selve. Daerop verclaert is, dat sulcx nyet doen„lyck was, ende dat genoech notoir was by den „cooplluyden, wat privilegien d'een off d'ander in „'t stuck van de thollen ende coopmanschap ge„bruyckt heeft, ende dat sy te minder zwaricheyt „hadden te maecken, nadyen daerby stont gemelt „van soodanigen privilegien, als daervan men voor „den oorloge hadde in besit ende gebruyck ge„weest, ende dat aengaende de stapel van Dor„drecht, ende van de Craen van Middelburch, sy „nyet en hadden te seggen, gemerct die by de „Gra-

Seqnenti sessione Hispani magis indulgebant; sed vectigal Zeelandicum Antwerpiae sicut antea solvendum existimabant, atque in istâ opinione persistebant, non obstantibus argumentis, quibus demonstrabatur, illud tributum in ea ipsâ provinciâ, quae ejus proventu ditaretur, esse solvendum. De caeteris quoque nil ad finem perductum. Aliquot enim mercatores ab Hispanis Antwerpiâ erant arcessiti, quos ante consulere velle videbantur, quam se ad ullam rem decidendam accingerent (86).

Ordines jam mitiores ferre incipiebant rogationes, praesertim quoad tributa pro tutelâ navium (*Convoyen*). Zeelandi vero sese isti mitigationi iterum iterumque opponebant. Quamobrem Ordines Hollandiae decreverunt, ut illi ad consensum cum caeteris provinciis commonerentur, et de tributis pro tutelâ, et

„ Grave van Hollant ende Zeelant waren gege-
„ ven, aleer dese landen aen de anderen met Bra-
„ bant verheelt waren, ende dat sulcx geen rede
„ was, dat als nu die voorf. steden, die soo lange
„ jaeren daervan in besit waeren geweest, daervan
„ zouden worden gedeposseert." Vid. *Verhael*, *l. l.*

(86) Videantur tria, quae citavimus, Mss. ad dies, quos diximus; et JEANNIN, *Lettre au Roy*, *du* 23. *Mars*.

et de navium exoneratione aliquid remitterent (87). Zeelandi responderunt, nonnullos ab indulgentiâ haud alienos esse, at sub certis conditionibus, ad quas telonii Zeelandici in Zeelandiam remigratio pertineret (88). Hoc

(87) Vid. *Verhael, enz. den* XI. *Meye.*

(88) JEANNIN, *Lettre au Roy, du* 14. *Juin.* ubi jus telonii Zeelandici per *Droit de Tollus* exprimitur; *Secr. Resol. Veneris. d.* 16. *May. p. p. Saturdag den* 17 *May* 1608. Unum e tribus MSS. quae mihi, in rebus ab Historicis leviter aut nullatenus tactis adeo profuerunt, ulterius citare haud potui. Duo reliqua meis usibus, pro singulari suâ humanitate, concessit DE JONGE, praefectus publici Grammatophylacii, ubi reperiuntur. Horum alterum, quod tanquam *Secr. Resol.* citavi, in dorso notatum titulo: *Handelinge van Trefves*, 1608, 1609. Alteri, quod *Verhael, enz.* nominavi, superscriptum: *Resolutien van de Hn. Staten aengaende de Vredehandelinge tusse den Koninck van Spangie ende deselve Heeren.* Saepius allegatum MS. tertium (*Memorie van Staet*) longiorem poscere videtur mentionem. Ejus usum favori possessoris privati debeo: Volumini, quod huc usque citavi, titulus: *Memorie van Staet, beginnende den* XVIII. *Jary.* 1607, *eyndende den* XXI April 1608, A. Magnopere dolendum est utique, ejusmodi thesauros saepius negligenter dissipari; qua ratione volumen aut volumina, qui-

 bus

Hoc statu diu permansit pacis negotium; et quamquam Ordines legatis Hispanicis dixerant,

. . . . si-

bus id MS. certo certius fuit continuatum, periisse verisimile est. Poterunt tamen verba: *Ex Biblioth. P. Bondam*, quae volumini A inscripta, aliquid conferre ad detegendum volumen B, etc. Hanc in rem ut sedulo intendatur, nos ad valorem deperditorum commendandum accingentes, his addimus, scriptorem satis manifestasse, eum se fuisse, qui rerum descriptarum probe gnarus et fide haud quàquam indignus; hocce, et quis fuerit, specialiter demonstrant ipsius verba sequentia:

„ De 20. Juny 1607. Ick hebbe die staten van „ Utrecht vermaent, of haer E. mede gelieven sou„ den eenen uyt den haeren mede te laeten gaen, „ daertoe recommanderende den Heere VAN DER „ AA." (GERARDUM VAN RENESSE, de quo, atque infra memorato JUSTO VAN RYSENBURCH, vid. SCHELTEMA, *Letterk. Nederl.* II. *deel*, I. *stuk*, *pag.* 236—272).

„ Den 28. Juny 1607, sy ick naer Utrecht ver„ trocken, ende weder hier gecomen den 14. July „ daeraen volgende, refererende myn van 't geene „ middeler tyt verhandelt is tot d'exstraten van de „ Resolutien van de Staten Generael." (Hoc tam indesinenter facere consueverat scriptor, ut nullus in ejus commentario detur hiatus).

„ Den 18. Augusti sy ick uyten Hage vertroc„ ken naer Utrecht, met advys van den Heere VAN

„ OL-

ibi ante initium Augusti discere esse respondendum, pluribus ejus mensis diebus elapsis non-

„ OLDENBARNEVELT, verstaen hebbende uyt schryvens van Secretaris LEDENBERGH, dat die Staten van Utrecht hadden gecasseert die Vedets van de drye vanen Ruyteren, tot haeren laste staende, strijdende directelyck teegens de Resolutie van de Staten Generael onlancx daerop genoomen, en overmits Zyne Excie 't selve uytermaten qualyck soude nemen, dat haere E. *proprià authoritate* hadden gedaen, ende in dese coniuncture qualycke te passe soude commen. *Vide* van dit myn vertreck myn particulier register."

„ Den 17. Novemb. 1607. nam ik te 's avonts myn affgescheyt van den Staten Generael. Den 18. aen Zijne Excie Genade, Graeff WILHEM en Graeff HENDRICK, wesende by Zyn Excie myn recommanderende ten hoochsten die petitie van den Raet, ende dat die Staten van Utrecht noch voor een maendt drye ofte vier die Vedets van de Ruyteren tot haeren laste staende in dienste te willen continueren.

„ Den XIX. Novemb. vertrock ick uyt den Hage, ende quam 's anderen daechs op den middach t' Utrecht aen, om Rapport te doen van de wedercompste van den Pater Commisfaris, ende van 't geene hy mede gebracht hadde, ende om voorts te blyven op de beschryvinge van de Staten van Utrecht beraempt op den XXVII. Novemb. toecommende.

20. Aug. nondum responsum fuerat. Ad exhortationem ex de re Ordinibus professi sunt legati Hispa-

„ Den XXI. Novemb. voor den noen dede ick
„ myn Rapport aen de gedep^de^ voorn. ende oock
„ van de communicatie gehouden met de Ambas-
„ sadeurs van Vranckryck en van Engelandt, noo-
„ pende het oprechten van een ligue tussche die
„ twee Coningen en den Staten Generael.
„ Den XXX. daeraenvolgende hebbe ick Rapport
„ gedaen aen den Heeren Staten van Utrecht, wat
„ van den beginne aen tot desen dach was geoc-
„ curreert, op die aenbiedenge den Staten Gene-
„ rael gedaen by de Ertshertogen, enz.
„ Den XVIII. Decemb. 1607 sy ick van Utrecht
„ gereyst, en den XIX. daeraen in den Hage aen-
„ gecommen, ende ben denselven avont gevordert
„ geweest, om in de vergaderinge te comme.
„ Den XX. 'smorgens screeff ick aen den Se-
„ cretaris LEDENBERCH, dat die Heeren VAN DER
„ AA en VAN RYSENBURCH belast souden worden,
„ om terstont te volgen, omme d'importantie van
„ saecken, die langer geen uytstel en conde lyden.
„ Den VII. Martii 1608 sy ick uyt den Hage
„ nae Utrecht vertrocken, en weder gekeert den 12
„ daeraen volgende. Ende heeft die Heere VAN DER
„ AA myn plaetse gehouden; zoo dat het voor-
„ gaende ende gepasseert in myn absentie is ge-
„ stelt uyt relaese, enz. enz."

Quodsi haecce comparaveris cum WAGENARII *vol.* IX. *pag.* 321. et 435. et porro *vol.* X. *pag.*

234,

nici, se quoque frustra exspectasse responsum ex Hispaniâ ad articulos illuc missos. Iis adhuc nil concessum, praeter declarationem de libertate plenissimâ atque a nullis exteris dependente (*Souvereiniteit*), quae promittebatur, si Romano-Catholica religio his in terris instauraretur atque omni commercio Indico renunciaretur. Ordinibus aures his conditionibus praebere neutiquam licebat; quamobrem de pace haud amplius agendum esse decreverunt. Illico legatus Gallicus atque Anglicus hanc partem et alteram saltem ad Inducias pangendas permovere conati, sed frustra.

Ultimo Septembris die Hispani ad suos redituri caeteros salutavere. Tunc Regum amicorum oratores rem ad se traxere. Medium inter partes adversas locum occupantes, in nihil alind

234, et 349—352, sole meridiano clarius elucebit, scriptorem fuisse NICOLAUM BERCK, Ordinum Ultraject. ad Ordines Generales delegatum, atque unum eorum virorum illustrium, quibus commissa fuit paci catio. Quamobrem ex iis, quae commentatus, solum volumen A ad meam notitiam pervenisse vehementer doleo.

aliud videntur intendisse, quam ut rem ad Inducias, quocumque modo et quibuscumque conditionibus factas, perducerent.

Inter Hollandicas urbes complures ad illam viam, inter pacem et bellum mediam, interdum haud magnopere inclinabant. Zeelandos illuc parum propensos fore facili augurio a multis praevisum. Annus ille 1608 jam prorsus ad
18. Dec. finem vergebat, antequam se reliquis jungeret provincia Zeelandiae, quoad vectigalia, tributa pro tutelâ et veniâ, naviumque exonerationem (*Convoyen, Licenten en Verbodeming*) interim quidpiam nolens concedere (89).

Zeelandi saepius memoratis argumentis, quibus suam sententiam fulciebant, istoc tempore addebant, in rebus tanti ponderis per Inducias nil esse immutandum; siquidem Induciis semper implicentur hostilis animus et bellum, non tantum exspirantibus Induciis, sed quotidie. In illis enim, vel inter Reges, quorum vires sat aequales, nil inesse certi, easque facile frangi; illorum itaque causâ a certo commodo et reditu nil esse remittendum, omnes portus hosti per Inducias longiores, aeque ac per brevio-

res

(89) Vid. *Verhael, enz. Secr. Resol. Jovis den* 18. *Decemb.* 1608, *Notulen van Zeeland den* 5 *Decemb.* 1608.

res illas, quae obtingebant, potius claudendos, quam aperiendos, eum in modum ut urbes et regiones ab hoste possessae quaevis commoda suis navibus suaeque mercaturae acquirerent, nostrates vero illis divitiarum fontibus privarentur. Immo, quodsi argumento ex induciis facile frangendis, aut in bellum exituris, parum tribueretur, sufficere, quod hae regiones essent liberae, etc.

Ad quae responderunt caeterae Provinciae, se illis de rebus eadem sentire, quae Zeelandi, iisque Induciarum pacto satis cautum esse, et nil contrarii admissum iri; hujus vero immutabilis propositi magis disertam enunciationem, quam quae conceptis articulis inserta, neque necessariam esse, neque utilem; quippe quae Archiducibus ansam contrariorum postulandorum praebere, atque Induciarum negotium magis magisque difficile reddere posset. Zeelandi contra asseruere, socios, si ipsis consentirent, nullo metu a sententia in pacto concepto exprimendâ prohibendos. Caeterae itaque provinciae declaravere, in tractando negotio Induciarum nil admittendum, quod religioni et libertati posset nocere, eique negotio mox esse renunciandum, quam primum hostes quod huc spectaeret urgerent; caeteras vero res eâ ratio-

tione tractandas, quae reipublicae maxime utilis esse videretur.

Zeelandi in hisce nil nisi verba speciosa reperisse sibi visi sunt, et quidpiam magis definiti petierunt. Scriptam declarationem ab Ordinibus Generalibus aut saltem ab Hollandicis rogarunt, qua promitteretur continuatio tributorum pro tutelâ, et rationis, quâ istaec tributa exigebantur, navibus quae e mari introrsum tenderent exonerandis, etc. Ab iisdem scripto declarari voluerunt, induciarum negotium abruptum iri, ni Rex Hispaniae pacta sanciret.

1609. 11. Jan. Zeelandis rogationem in supremo reipublicae senatu iterantibus, eique *mordicus* inhaerentibus, caeterarum tandem provinciarum delegati censuere, haud amplius morandum, sed ea, quae pluribus utilia viderentur, ad finem esse perducenda; et majore votorum numero decretum, rerum, quae Zeelandi poscebant, ampliorem in pacto mentionem haud esse faciendam; siquidem eae res in articulo de commercio interno satis essent definitae.

12. Jan. Die sequente articuli denuo perpensi, Zeelandis nequidquam obtestantibus, se iis, quae die praecedente a pluribus essent statuta, nullam decreti vim velle tribuere, reliqui pactum quod adornaverant Regum amicorum legatis offeren-

rendum censuere, ut liqueret, num ii ad consensum moveri atque ad Archiduces in consensum trahendos perduci possent (90).

Non-

(90) „ Den XI. January iterative in de Gene„ neraliteyt die vorige saecke by die van Zeelandt „ geproponeert synde, ende *mordicus* geopiniatreert „ nyettegenstaende alle persuasive redenen daer te„ gens gebruyct, om henlieden van soodanigen pro„ positie te diverteren, aengemerct men verstonde „ sulcx genoechsaem by de voors. articulen bedon„ gen te zyn hebben eyntelyk die andere Provin„ tien gelyckelyck verstaen, dat men de saecke „ nyet langer en behoorde op te houden, maer by „ pluraliteyt van stemmen soude behooren te pro„ cederen, gelyck dienvolgens oock by pluraliteyt „ resolutie genomen is, daervan geen mentie voor„ der in de articulen te maecken, als nochmaels ach„ tende sulcx genoechsaem in 't articule handelende „ van binnenlantsche trafycque begrepen te syn. — „ Den XII. January zyn wederom geresumeert de „ articulen op 't bestant; ende, nyettegenstaende die „ van Zeelandt als noch verclaerden, t'geen daechs „ te vooren geresolveert was voor geen Resolutie „ aen te nemen, is echter goetgevonden die arti„ culen te communiceren aen de Heeren Ambassa„ deurs, om te syen, off men hen die conde doen „ smaecken, ende voorts wilden arbeyden, om die „ te *doen smaecken den Eertshertogen.*" Vid. *Verhael, enz.*

N

Numquam tanto dissensu divisi fuerant socii, quanto istoc temporis articulo. Major numerus, Zeelandorum voto nil tribuens, de rerum summa statuebat. Zeelandi, nil facile metuentes, flecti se haud patiebantur. Tandem vero conscientia periculi, cui is rerum status obnoxius, de proprii commodi curâ nimis pertinaci triumphare, omnes sentire, talem divisionem soli hosti posse prodesse, immo eum formasse, quum de pace agere incepisset, ad illum scopum collimasse. Quibus consideratis utrinque coepit indulgeri, atque ea, quae unicuique maxime cordi, publicae saluti submissa fuere, salvis diversis opinionibus iis, quae ante declaratae fuissent.

1609. Jan. Iis de rebus concepta fuit declaratio sequens, Hollandiae Advocato, qui vocabatur, dictante conscripta a Graphiario: *Induciis eâ ratione, de quâ hodie convenit, reapse factis, navium cujuscumque nationis exterae (per mare intra Foederatarum regionum fines penetrantium, et merces, quae urbibus aliisve sub Archiducum ditione locis destinatae, advehentium,) onera intra regiones foederatas solutura esse tributa mercium intrantium non tantum sed etiam exeuntium, easdemque naves absque ullâ exceptione exonerandas, et merces inspiciendas et seorsim examinandas, antequam iter*

iter suum per Foederatarum regionum fluvios et aquas versus urbes aut locos Archiducibus parentes persequantur. Eidem examini et tributo subjectae erunt merces navium ex urbibus aut locis, quibus Archiduces imperant, venientium, at per fluvios et aquas Foederatarum regionum extrorsum et per mare versus alias regiones tendentium. Affirmantibus uniuscujusque provinciae delegatis, se ei hoc actu libertatem voti efferendi nullâtenus velle praeripere, iisdemque Graphiario injungentibus, ut hunc actum cum nemine communicet, atque a nemine describi patiatur, antequam Induciarum negotium aut perfectum aut interruptum fuerit (91).

Zeelandi, mox moniti, ut actu illo contenti se reliquis jungant Provinciis, declarationi conceptae haud adversati fuere, sed postulavere, ut res declarata pacto rite insereretur; a quo postulato nil remisere. Iidem rogaverunt insuper, ut sibi declarationis conce-de-

(91) Hujus declarationis verba authentica Belgico idiomate, e Codice MS., qui probabiliter idem ac liber *Secr. Resol.*, *enz.* cujus toties meminimus, jam exhibuerunt auctores pretiosissimae annotationis in WAGENARIUM (*Bijvoegs. en Aanmerk.*) *Part.* X, *pag.* 183, 184, qui videantur velimus.

104847

deretur apographum. Id vero parum ursere; sed usque testati fuere, se, auctoritate necessariâ destitutos, rem ad Ordines, qui ipsos miserant, relaturos esse, et clausulae, declarationi adjunctae, inhaerere. Quâ ratione discordia in senatu fuit composita.

Die 4 Februarii Medioburgenses adhuc conati suae provinciae Ordines permovere, ut se istâ declaratione in Ordinum generalium Actis secretis haud contentos testarentur. Medioburgensibus Vlissingani et Verenses se junxere. At viro illustri, qui Zeelandicorum nobilium primi sententiam efferebat — huic viro, quod observatu indignum haud putamus, et Zieriezeanis, Goesanis, Tholenisque contraria placuerunt. Haud ita diu post Ordines unanimi consensu statuere, concipiendam declarationem, quâ omnes se verbis maxime emphaticis obstringerent, ad rem navigationis eo statu conservandam, qui grassante bello viguerat, et de quo continuando supra memorata declaratio omnes bene sperare jusserat (92). Die

(92) Vid. *Notul. van Zeeland*, *an.* 1609. *Jan.* 29. Febr. 4, 6, 19; *Secr. Resol. Martii den* 30. *Decemb.* 1608. *Mercurii den lesten Dec.* 1608. *Jovis den* 1 *Januar.* 1609. *Veneris den* 2 *Jan.* 1609. *Martis den* 13. *Jan.* 1609. *Verhael, enz. den* X, XI, XII. *Januarii* 1609.

Die 9 Aprilis ejusdem anni tandem conventum fuit de Induciis duodecim annorum. Pactum de iis inter alia continebat, ſubditos tam Regis Hiſpani et Archiducum, quam Ordinum, in utriusque ditionis locis haud majora jura, vectigalia, tributaque ſoluturos, quam ipſos illorum locorum incolas aut ſubditos ſociorum. Quodſi tributa commercio impoſita — id quoque ſtatutum — justo graviora esſe deprehenderentur, res committeretur viris utrinque nominandis, qui difficultates obortas tollerent. Quae interim difficultates, ſi de iis non plane conveniret, Inducias haud posſent infringere. Art. V. Art. IX.

Quam primum Induciae factae sunt, naves armatae, quae ad castellum Lilloenſe alibique in ſtatione erant, necesſariis mandatis munitae fuerunt (93); et mox de juribus,

(93) „ Gearreſteert ende goetgevonden: Te ſchry„ ven aen de Heeren Gedeputeerde raden van de „ Heeren Staten van Zeelandt ende het Collegie „ ter Admiraliteyt aldaer, nademael den Treves ge„ ſlooten is, ende derhalven de reden ende billick„ heyt vereischt, dat denſelven worde geachtervolcht, „ dat d'Heeren Staten daerom verſoecken ende be„ geeren, dat ſy in diligentie ordere willen ſtellen „ in de vloote voor Lillo, die Philippine, ende op „ andere plaetſen, daer dat behoort, dat de ſchee„ pen geviſiteert ſynde de pasſagiers daarinne we-

 „ ſen

bus, vectigalibus et tributis, quae utrinque abrogari posſent, agi coeptum est. Sed id negotium tunc finiri haud potuit (94), atque ad Septembris menſem ſuspenſum fuit; Gallici Regis oratore arbitrante, Zeelandiam, experientiâ edoctam, tunc fore faciliorem.

Res illae commercii ſaepius occaſionem praebebant justo metui, ne hinc aut illinc ad hostilia rediretur; atque mediatores induciarum Hagae Comitum remanſerant, ut operi ſuo conſervando invigilarent. Quod testantur litterae Gallici oratoris, Jeannini, aliaeque ab utriusque Regis amici legatis ad Richardotum miſſae, quem precabantur atque obtestabantur, provideret, ne ſuorum animi a pace alieniores evaderent, quam quidem animi nostratium (95).

Reditus ex aquis (*middelen te water*) Zeelandos multum occupabant. Mutato rerum ſtatu illic etiam multa immutanda, quod perquam difficile, Zeelandis et Hollandis iterum valde-

dis

„ ſende vry ſonder hooftgelt te betalen worden
„ gedoocht te pasſeren."

(94) Vid. *Chronycke van Vlaenderen*, IV. 591.

(95) Vid. *Lettres de* JEANNIN, *et des Ambasſadeurs de France et d'Angleterre du* 26. *Juin*, 1690. *Chronycke van Vlaenderen*, IV. 592.

dissentientibus. Litigium quoddam de formula in caussâ fuit, cur ne mense quidem Septembri de commercii legibus agi coeperit. Zeelandi suo ad id negotium delegato mandarunt, decretum de navibus versus mare tendentibus, aut *illinc* venientibus, inspiciendis et exonerandis vindicare, et curare, ne vectigalis Zeelandici et cujusvis alius vectigalis, ad Foederatas provincias pertinentis, telonium extra illas provincias collocaretur (*96*).

Hujus negotii occasione Ordines Zeelandiae fimae Rationum Camerae jussere investigationem chartae, quâ ipsis a praejudicio cautum; cum telonium vectigalis Zeelandici Antwerpiam transferretur. Immo quicquid de illius telonii sede scriptum antiquius in ipsorum chartophylacio lateret in lucem protrahi voluerunt (97).

Cura, quâ castellum Lilloense, Slusa, Ysendycka atque Aerdenburgum in Flandriâ, jussu Ordinum Generalium, ea loca in fide ditionis pro-pu-

(96) *Notulen van Zeel.* 1609. *Novemb.* 16.

(97) „ Dat die van de Reeckenkamer sullen op„ soeken de acte van non-prejuditie, onder de „ welcke den Thol van Zeelandt tot Antwerpen „ eenige jaren is ontvangen geweest, met alle de „ andere stukken denselven ontfangh aengaende." Vid. *Notulen van Zeel. Dec.* 1609.

pugnacula exteriora (*palplaetsen*) referentium, muniebantur; illa igitur cura e difficultate controversiae de saepius memoratis tributis enasci potuit. Quae tamen controversia anni 1610 initio de medio remota fuit transactione, cujus Articuli III. et IV. sequentis erant argumenti: Tributa de mercibus in naves aut vehicula impositis, atque in dominium Archiducum Ordinumve intrantibus, aut illinc alio devectis, neque vectigalia, neque alia jura ejus generis, extra hujus illiusve partis dominium solventur. — Immunitates a vectigalibus, quibus hi illive Archiducum aut Ordinum subditi ante bellum gavisi fuerunt iis denuo suppetent (98).

7 Jan.

Aliquamdiu postea secundâ vice de Induciarum pacto explicando fuit actum; quando faciliores se praebuerunt oratores Archiducum, qui declaraverunt, se haud amplius telonio Zeelandico Ant-

(98) „ De Aertshertogen ende Staeten en sullen „ buyten haere respective limiten van de passerende „ goederen, nog te water nog te lande, geene in- „ komende, uytgaende ofte andere lasten ontfan- „ gen. De ondersaeten van de Aertshertoghen ende „ Staeten sullen reciproquelyk in de landen, die „ eene van den anderen, genieten haeren ouden „ vrydom in de Tolregten, daervan sy lieden voor „ den oorlog in vredelycke possessie zyn geweest."

Antwerpiâ in alium locum transferendo adversari, dum iis satisfieret, quibus vectigal oppigneratum (99). Zeelandi suo delegato jusserunt, ut illi declarationi consentire se testaretur; fuitque adeo statutum, Archiduces curaturos, ut vectigal Zeelandicum, inde ab ultimo die mensis Junii, qui tunc decurrebat, et porro, quamdiu durarent Induciae, neque Antwerpiae neque alibi hominibus *solveretur*, quibus id vectigal colligendum commiserant; Zeelandiae vero Ordines, inde ab eodem die, annuatim soluturos esse debitum iis, qui id vectigal ante annum 1572 pignoris loco sibi obstrictum tenuerant, quibusque tunc solvi consueverat (100).

An-

(99) „ Te desisteren van den ontsangh van den „ Zeeuwschen tol tot Antwerpen, mits dat men zal „ aennemen de betalinge van de Renten." *Notulen van Zeeland*, 1610, *Mey* 18, 20.

(100) „ Dat gedurende het tegenwoordich Bestant die Heeren Eertshertogen van den lesten „ dach der tegenwoordigen maent van Junio af sul„ len doen cesseren die lichtinge van den Tol van „ Zeelandt, sulcks dat dien noch binnen der stadt „ van Antwerpen noch elders van wegen hunne „ Hoogheden sal worden ontfangen; behoudelyck „ ende op expresse conditie, dat die Heeren Staten

Antequam hoc statutum signaretur, Zeelandiae Ordines jam deliberaverunt de augendis reditibus suorum bonorum dominialium, et praecipue vectigalis Zeelandici, acsi hocce prae caeteris fructuosum fuisset (101).

Atque, ut hic quicquid ad illud vectigal pertinet conjungamus, paucis memorandum, quid de eo in pacificatione Monasteriensi rogatum et concessum fuerit; quo facilius transire potero, quod illa pacificatio tanquam continuatio negotii de Induciis considerari potest, et tantum non omnes majoris ponderis articuli, ex quibus pactum de Induciis compositum, in pacto Monasteriensi quoque inveniuntur.

1645. 28 Oct. In mandatis, quibus Ordinem legati ad negotium illud posterius muniti, reperitur roga-

„ van Zeelandt reciproquelyck van den voorsz. lesten dach deser maent van Junio tot heuren laste „ sullen nemen, ende eerst van alsdan betalen, die „ jaerlycxe renten, die op ten voorsz. Thol van „ Zeelandt voor den jare vyftien hondert twee ende „ tseventich zyn beset ende daerof de Proprietarisen „ ende Renthessers voor dato van den voorsz. oorloge in possessie ende ontfangh zyn geweest." Vid. *Groot Plakaatboek*, *Tom.* I. *col.* 55 en 71, *Tom.* II. *col.* 581.

(101) *Notulen van Zeeland*, 1610, 18. *Junii*.

gatio de isto vectigali, quae Articulo XXII. illorum mandatorum continetur. Inter Articulos LXXI, anno ſequente Hispanis oblatos, 17 Maji. is, qui ad vectigal Zeelandicum pertinebat, erat undecimus, cui Hiſpani die ſequenti conſenſum dederunt integerrimum, quique pacti Monaſterienſis Articulo duodecimo praebuit materiem, et ſtatuto anni 1610, quod modo deſcripſimus, tam ſimilis est, ut ovum ovo vix ſit ſimilius (102).

In-

(102) En verſionem Belgicam Artic. XII. pacti Monaſterienſis: „ Ende van den dach af van 't be- „ ſluit en ratificatie van deſe vrede, ſal den Co- „ ninck doen ophouden het heffen van alle Tollen „ op den Ryn en Maze, die voor den oorloch „ geweest zyn onder het resſort ende diſtrict der „ Vereenichde Nederlanden; ſpecialick mede den „ Zeeuſchen Tol, in voegen dat deſen Tol niet „ geheven zal worden van wegen ſyne voorſz. „ Majeſteyt noch binnen de ſtad van Antwerpen „ noch elders; wel verſtaende en op conditie, dat „ van den voornoemden dach af de Staten van Zee- „ landt reciproquelick t'haren laste ſullen neemen „ ende betalen eerst en vooral van denzelven dach „ af de jaerlicx Renten, die voor het jaer vyftien „ hondert twee en ſeventich op den voorſz. Tol „ zyn gevesticht geworden, en van dewelcke de „ Eyghenaers en Rentheffers in beſith en ontfanck

„ af

Induciarum annis duodecim exactis, et nullo novo pacto fuccedente, res ad bellum rediit. Interim a pacis negotio promovendo nunquam plane destitum fuit. Via per Scaldim navigationi et commercio plane aperienda faepius deliberationi fubmisfa; et, cum Induciarum
1626. elapfarum inftauratio proponebatur, a parte Hispanicâ urgebatur, illius fluvii clauftra, tanquam Regis dignitatem minuentia, esfe confringenda (103).

Postea iterum de pace actum fuit cum adverfariis. Ordinum Generalium oratores fcripti tunc oblati Articulo I. renovationem Induciarum, quae anno 1609. inceperant, propofuerunt. In VIII. Articulis, quos id fcriptum infuper continebat, nulla mentio Scaldis; neque inter animadverfiones provinciarum in fcriptum il-

„ zyn gheweest voor het begin van de voorfz. oor„ loch; hetwelcke van gelycken fullen doen de Ey„ genaers van de voornoemde andere Tollen.

(103) AITZEMA, *Zaken van Staat en Oorlog*, I. *pag*. 898. *fqq*.

illud ulla, quae disertam fluvii mentionem desideraret; etsi Gelri observarent, speciatim esse commendandum, ut res portuum Flandricorum probe curaretur. Zeelandi illis portibus praesidium a Foederatis imponendum censebant, aut eos saltem copiis, quae Foederatis aeque ac Hispanis sacramentum praestarent, esse muniendos. Scripto integro parti hostili parum placente, novi Articuli XXI. a nostratibus fuerunt praelecti. Eorum secundo memoratarum Induciarum instauratio proponebatur. Articulo V. statuebatur Scaldis flumen, sinum Slusanum caeterosque sinus Flandricos, haud aliâ ratione frequentandos, quam quâ per duodecim annos Induciarum dudum finitarum. Articulo VI. continebatur, naves portubus Flandricis exeuntes, aut illuc tendentes, iisdem tributis pro tutelâ, vectigalibus, etc. esse subjiciendas, ac naves, quae per Scaldim intrarent exirentve; his majora quam illis onera haud esse imponenda. Adversarii respondebant, Articulum V. omni ratione esse destitutum, et, postulatorum apographo iis oblato, testabantur, se de propositionibus secum communicatis nil posse statuere, quandoquidem Regis Hispani consensu indigerent (104).

Cum

(104) AITZEMA, *l. l.* I. *pag.* 1219, 1220.

Cum Frisia et Groninga viderent, caeteras provincias haud inhaerere consilio frustra tentato cum Ordinibus Belgii meridionalis *exclusis Hispanis* agendi, Pacem facere potius duxerunt, quam Inducias renovare; quae ab aliis ideo praeferri videbantur, quoniam occasionem praeberent hostium aditu per fluvios et portibus prohibendorum; at, ajebant illae provinciae, nihil obstare, quominus idem durante pace fieret, atque eo pertinens Articulus pacto inseratur, tanquam a liberatoribus, *evitando damno certo*, a liberatis versantibus in termino *tantum incerto lucro carentis*, etc. Multa ab utrâque parte dicta; conditiones, quas nostrates proposuerunt, rejectae; eaedem a nostrâ parte defensae; Princeps declaravit, Scaldis ostia claudenda, Galli ad rem trahendam coo-
1633. perati esse videntur, omneque negotium versus anni finem abruptum fuit (105).

Ad majoris utilitatis negotia aliquamdiu postea transitum, tandemque veteres scrupuli animis exemti. Fructus illinc gloriosissimi. Pax universalis merum opus esse videbatur imaginationis; nihilominus tantum non omnis orbis pacatus. Octoginta fere annos bellatum, postquam Belgae primum in Hispanos insurrexerant. Tunc Hispaniae dominatus duos orbes con-

(105) AITZEMA, *l. l.* II. *pag.* 23—39.

tinebat, et ferrea Philippi II. voluntate quidvis flectebatur. Tandem Hispaniae vires fractae, debilemque Philippum IV. memoria potentiae, quae patri obtigerat; haud aeque juvabat, ac Philippus II. sui patris gloriâ sustentatus fuerat. Hispanorum diminutione crescentes parvae Belgarum res adhuc magis mirabiles. Bellum continuam iis viam pandebat ad foedera cum principibus Europaeis, quorum favore Belgici mercatores prae caeteris mactabantur. Duae societates rempublicam indies magis locupletatam novis in Oriente et Occidente imperiis ditavere. Aliis lucrum e piscatu. Ab omnibus armabantur, imbellibus mercium vectoribus et piscatoribus tuendis, classes, quae superbos pudore confundebant Hispanos.

Arctâ societate cum Galliâ conjuncti nostrates a Richelio, illic omnia moderante, invitabantur, et pene cogebantur, ad inducias aut ad pacem; de quibus saepius discordes Hollandi et Zeelandi in plane diversas ibant sententias. Hollandi ad Gallorum consilia proniores, Zeelandis antiquae suae opinioni adhaerentibus, quam confirmabant damna, quae ipsorum provinciae inflixerat belli lucrosissimi per duodecim longos annos suspensio.

Huc usque memorata, quibus multa addi possent, jam indicant, de rebus maxime impli-

ci-

citis, et sibi invicem summopere contrariis, agendum fuisse, grassante interim armorum strepitu, bellique vicissitudinibus pacis negotio occupatos homines nunc ad audaciam evehentibus atque inflantibus, nunc vero deprimentibus et flectentibus. Gloriose facta hoc tempore addebantur factis, quae Richelius gnaviter producere noverat et in suum usum vertere. Postremam hanc artem ab eo edoctus ejus successor primae magis erat expers; et, quamquam uterque domum Austriacam deprimere, et Bourbonios in ejus locum evehere, avebat, Mazarino solis armis id erat exsequendum, quod Richelius politicâ in res et animos potentiâ ad finem perducere valuisset, ni mors eum Regi, ipsius consiliis perquam dedito, eripuisset.

Quodsi haecce omnia conjunctim exponere, factaque singulatim diligenter illustrare et cujusque facti nexum cum praecedentibus, atque efficacitatem in sequentia ostendere vellemus, haud reputasse videremur, quid humeri ferre valerent, et dissertationi Academicae conveniret. Hanc ob rem nobis non in illa penetrandum, sed pacificationi, quae *claustrorum Scaldi usque injiciendorum* stipulatione terminata fuit, inhaerendum judicamus.

Nos-

Nostris ad illud negotium delegatis quam di- 1645.
fertissime praescribebatur, ut sese isti fluvio, 28 Oct.
portui Gandavensi et sinui Slusano, aperiendis
opponerent, oneraque navigationi in portus
Flandricos imponi curarent, quae tributa navigationi in Scaldi imponenda aequarent; quibus Articulis addebatur tertius, unde elucescit, quantopere Ordinibus cordi esset duplex illa conditio Induciarum, ad quas feriendas redibat quicquid a nostratibus tunc adhuc desiderabatur (106).

Anno insequente manus ad rem agendam 1646.
admovere viri, quibus Europae pacandae cura 17 Maji.
fuit commissa. In concepto Induciarum pacto, quod Hispanis delegatis obtulere nostrates, restrictiones illae de Scaldi, etc. usque claudendis,

(106) *Instructie voor Haer H. Mog. Extraordinaris Ambassadeur ende Plenipotentiarisen*, ubi: „Art. XXVI. Ende even verre dat op de stepulatie van de *twee* naest voorstaende pointen swaricheyt soude mogen gemoveert worden aen de „zyde van de Plenipotentiarisen van den voorsz. „Heer Coninck, en sullen de Heeren Plenipotentiarisen van haer Ho. Mog. de voorsz. twee poincten niet mogen laten glisseren, maer daerop blyven insisteren ende hun weder varen aen Haer „Ho. Mog. overschryven, om daerop resolutie te „ontfangen."

dis, et de commercio Flandrico oneribus aggravando, etiam inveniebantur. (Artic. XIII et XIV). Hostes vero illas restrictiones partim haud satis intelligebant, partim rejiciebant
24 Maji. penitus. Nostrates arguebant, illarum restrictionum primam per duodecim annos dudum exactarum Induciarum etiam viguisse, naviumque exonerationem rem antiqui moris esse, cujus postulandae jus suppeteret Zeelandiae. Postulatum de portibus Flandricis, hoc illi insuper affirmabant, postulatum illud secundum nexu tam arcto cohaerebat cum praecedente,
27 Maji. ut ab eo separari nequiret. Hispani tandem censebant mediam inter duo extrema viam ineundam. Nostrates contra utrique restrictioni
30 Maji. adhaerebant protinus.

Induciarum illud negotium ad anni fere finem suspensum fuit, praecipue quod Ordines generales de pace aeterna loco Induciarum faciendâ deliberarunt. Huic consilio *Zeelandi* se diu sed frustra opposuere. Monasterium reversi nostratium delegati pacis conditiones singulatim perpendere coeperunt. Articulos de fluviis, canalibus et portibus, ad normam eorum, quae memoravimus, mandatorum tractaverunt, eorumque argumentum pacto fuit insertum. Zeelan-
27 Dec. di hisce nondum plane contenti, quippe qui postulaverunt, ut onerum navigationi in Scaldi

et

et versus portus Flandricos imponendorum rationes cum Hispanis inirentur, et definirentur, antequam ad pactum signandum transiretur. Iidem urgebant, ut castella in Slusae viciniâ demolirentur (107). Hollandi contrariae favebant sententiae (108); fueruntque hae discrepantiae aliaeque silentio involutae, donicum Hollandus tandem aliquis, suâ vice in supremo senatu reipublicae praeses, eas movere coepit, et litigium finiri potuisset, ni Ultrajectini, ac praesertim Zeelandi, dissentire se a reliquis in actis notari curavissent (109).

Tunc, ut antea, res majore votorum numero terminata, et pactum Monasteriense signatum fuit, immo sanctio utrinque oblata et accepta, cujus promulgationem inter suos Zeelandi post quindecim dies ita admisere, ut se solo pacis internae studio permotos declararent. Quâ de re quicquid statuatur, Scaldi usque claudendo nil innovatum fuisse judicat auctor sat clarus (110); et res illa, quam

1648. 30 Jan. 15 Maii.

(107) Vid. AITZEMA, *de pace Monasteriensi*, *pag.* 513, 531, 537.

(108) AITZEMA, *l. l. pag.* 525. *sqq.*

(109) AITZEMA, *l. l. pag.* 557. *sqq.*

(110) F. SCHOELL, *Hist. abr. des traités de paix*, *vol.* IV. *pag.* 61; ubi: *Cette stipulation étoit une confirmation de l'antique droit d'étapes, d'après*

quam prae caeteris hâc disputatione tractandam sumsimus, pacti occupat Articulum XIV, ubi talia:

Scaldensis fluvius, uti etiam canales Sassae, Swyndae, aliaque ostia maritima hisce respondentia, a parte Praepotentium D. D. Ordinum Generalium occlusa tenebuntur.

Quod ad onera commercio Flandrico imponenda sequens Articulus XV. haecce:

Navibus, mercibusque per portus Flandriae apportandis, sive exportandis, omnia ejusmodi vectigalia atque onera ab Hispaniarum Rege imperabuntur, cujusmodi navibus mercibusque per Scaldensem fluvium aliosque Canales, quorum praecedenti Articulo mentio facta fuit, apportandis sive exportandis imperantur. De imperandorum autem onerum aequalitate postmodum inter utramque partem convenietur.

Interim onerum illorum mutua determinatio diu fuit dilata. Unde multum damni Zeelandis, quoniam portus Flandrici prae Zeelandicis frequentabantur, quamdiu illic minus quam hic a navigiis et mercibus exigebatur

près lequel des bâtimens étrangers, entrant dans l'Escaut devoient rompre leur charge et la remettre à des navires Zeelandois.

tur (111). Flandris illinc lucrantibus, Hispani tributa aequare haud festinabant, nostratesque, inter se minus unanimes, rem etiam parum urgebant.

Zeelandi saepius poscebant, ut Scaldis clauderetur, sive ut merces ad castellum Lilloense et portum Gandavi e navibus, quibus illuc advectae, in alias transferrentur. His vero, majore licet provinciarum numero suffultis, Hollandia sese ita opposuit, ut eorum desiderio haud satisfieret (112). Hollandis enim id, quod illi desiderabant, suae navigationi perquam nociturum esse videbatur. Ajebant, mercium in alias naves transferendarum pretio magnopere aucto, easdem merces a Dunkerkanis atque Ostendanis minore expensâ advectum iri, illasque adeo urbes omne Belgarum commercium ad se tracturas esse (113). In

1653.

14 Jul.

(111) AITZEMA, *Zaken van Staet, enz.* III. 355, 356.

(112) AITZEMA, *l. l.* III. 826; confer *pag.* 936, ubi Zeelandi rem anno sequente 1654. ursisse leguntur, quod CROMWELIUS aliis minus gravatam navigationem in Scaldi suis quoque Anglis poscebat. Qua de re Ordines tunc Londinum ad suos legatos miserunt epistolam, cui obtemperantes illi tyrannum a temerario postulato dehortati fuerunt. Vid. *Verbael van* BEVERNINGH, *pag.* 482 et 514.

(113) AITZEMA, *l. l.* III. 943.

In duplum aucta tributa pro tutelâ et veniâ (*Convoyen en Licenten*) satis quoque acerbis inter Hollandos et Zeelandos disceptationibus ansam praebuere. Hispani navigationi Flandricae onera oneribus navigationem in Scaldi prementibus aequalia nondum imposuerant. Zeelandi, si id fieri curarent Ordines Generales, ipsisque adhuc aliis in rebus satisfieret, se paratos fore ajebant ad consensum propositis tributorum modificationibus praebendum, quibus Hollandi se suas res haud negligere demonstraverant (114).

Tandem de necessariis circa tributa navigantium statutis convenit, annoque jam praecedente proposita ordinatio, de navibus ad castellum Lilloense et portum Gandavi exonerandis, per duos annos proximos exsecutioni fuit mandata, ut rei commoda, si pote, experimento probarentur (115). Duobus vero mensibus exactis ad Ordines Generales perlatum scriptum a Maris praefectura Zeelandica demonstrativum et suasorium, secundum quod navibus absque exoneratione transeuntibus esset connivendum; siquidem Brabantini et Flandri, nostras angustias in suum usum convertentes, ordinationi se nol-

(114) AITZEMA, *l. l.* V. 182—190.
(115) AITZEMA, *l. l.* V. 436, 437.

nollent submittere, atque onera, quae diximus, navigationi Flandricae nondum essent imposita. Ad retorsionem ibidem propositam minus inclinantes Ordines illico jusserunt, ut ea ratione, 1665. qua Zeelandi suaserant, conniveretur (116). 3 Julii.

Nostrates Cromwelio quoad Scaldim strenue satis obviam ivisse memorat annotatio contextui modo subjecta. Majoris momenti negotium, saeculo decimo septimo exeunte coortum, cum Carolus II, Rex Hispaniae, nullâ prole 1700. relictâ obiret. Is regna sua postremo testamento domui destinaverat Bourbonicae. Nostratibus vero aliisque aequitas partium, in quas Europa divisa, omnino peritura, Galliaque et Hispania nimis praeponderaturae esse videbantur, si haecce regna in posterum uni subessent domino, isque Belgio etiam imperaret Hispanico, cui Galli diu ante pacem Monasteriensem jam inhiaverant. Contra Foederatae provinciae tantum non omnes desideraverant, ut illa pars Belgii ditionis usque esset Hispanicae, ipsosque

(116) AITZEMA, VI. 612, 613.

que a potentissimâ Galliâ separaret. Praeterea Principes et respublicae, quorum subditi et cives se magis minusve florente commercio et navigatione sustentabant, peculiari adhuc momento in defuncti Regis Hispani testamentum incitabantur. Quodsi Hispania, cunctaeque ad eam pertinentes regiones et insulae, cum Galliâ conjungerentur, hujus incolae, quorum vires navales proximis annis maximopere increverant, in mari Mediterraneo penitus dominarentur. Ex omnibus illis considerationibus magnum adversus Gallos foedus enatum.

1701. 7 Sept. Imperatore Austriaco, cum Brittannis et nostratibus, praeeunte, alii deinceps ad pactum accesserunt, quod praecipue sequentis erat argumenti (117): Articulus I. omnium confoederatorum utilitatem et salutem communem curatum iri spondebat. Secundum Artic. II. ad pacem et tranquillitatem generalem totius Europae stabiliendam nihil esset efficacius, quam ut Imperatori, ratione praetensionis suae in successionem Hispanicam, satisfactio aequa et rationi conveniens procuraretur, atque ut Rex Brittanniae et Ordines Generales securitatem parti-

(117) *Secreete Resol. van Holland*, 21 *Sept.* 1701. *Mémoires de* LAMBERTY, *Tom.* I. *pag.* 620. *sqq.*

ticularem et sufficientem pro regnis provinciis et ditionibus suis, et pro navigatione et commerciis subditorum suorum, adipiscerentur. Ad haec omnia via amicabili et per transactionem solidam et firmam obtinenda, tres supradicti foederati, secundum Artic. III, impenderent omni studio et absque ullâ intermissione, spatium duorum mensium inde a die, quo ratificationum tabulae commutarentur. Artic. V. verbotenus haecce: „ Foederati, ad procurandam satisfactionem et securitatem ante dictas, inter alia omnes nervos intendent, ut recuperent Provincias Hispano-Belgicas, ut sint Obex et Repagulum (118), vulgo *Barrière*, Galliam a Belgio Foederato removens et separans, pro securitate D. D. Ordinum Generalium, quemadmodum ab omni tempore inservierunt, donec Rex Christianissimus nuper eas milite suo occupavit, etc." Secundum Artic. VIII. neutri partium fas esset, bello semel suscepto, de pace cum hoste tractare, nisi conjunctim —

ne-

(118) *Memoires de* TORCY, *vol.* II. *pag.* 39. *Enfin, Sire! on n'entend parler que de Barrière, terme si inconnu dans les anciennes négociations, que le Pensionnaire* (HEINSIUS) *avouoit hier qu'ils avoient été fort embarassés à l'exprimer en Latin dans leurs derniers Traités.*

neque pax feriretur, nisi supradicta satisfactio et securitas procurata et justis cautelis provisum esset, ne unquam unus et idem utriusque Galliae et Hispaniae Rex fieret, et speciatim, ne Galli unquam in possessionem Indiarum juris Hispanici venirent, neque ipsis ibidem navigatio mercaturae exercendae causa concederetur. Stipulanda esset denique pro Brittannis et Belgis foederatis facultas plena utendi et fruendi omnibus iisdem privilegiis, juribus, immunitatibus et libertatibus commerciorum, terrâ marique, in Hispaniâ, mari Mediterraneo, omnibusque terris et locis, quae Carolus II. tempore mortis possederat, quibus tunc utebantur, vel quibus jure ante obitum Regis quaesito per tractatus, per pacta conventa, per consuetudines, etc. uti potuissent. Articulo IX. statuebatur, foederatos, quo tempore dicta transactio vel pax fieret, inter se conventuros de omnibus iis, quae ad stabiliendam navigationem et mercaturam suorum subditorum in terris a defuncto rege possessis necessaria essent; ac de modo, quo D. D. Ordines Generales per Obicem ante dictum securi redderentur.

Praeclara exinde facta bellica nomen Ducis Marlburgensis et Principis Eugenii illustrarunt; Hollandiae Pensionario, qui vocabatur, negotia cum Gallis Politica moderante. Invitus ad bel-

bellum transfierat Ludovicus XIV; superbique Galli, praecedentibus victoriis inflati, earumque fructibus ditati humiliabantur, aegreque ferebant, se denuo submitti oneribus, quae laetâ mente tulerant, quo tempore parta gloria illam compensabat molestiam. Nostrates tandem 1709. clam de pace adibantur, sed foederi fideles adhaerebant, illudque pacificationis negotium eventum infelicem propinquaverat, cum Ludovici Minister rerum, quas vocant, exterarum ad sequentem se conferebat conatum pacis necessariae acquirendae. Satis audacter Hagam Comitum profectus fuit, ubi, die 6 Maji, septimo post bellum exortum anno, plane ex improviso Pensionarii Hollandici aedes intravit (119). Mox publice a nostratibus et sociis de pace agi coeptum fuit, sed frustra; frustraque id negotium anno proximo in oppido Gertrudisbergae renovatum. Pars fortior postulationibus modum facere nescia. Ludovicus se ad nepotem Philippum suâ ipsius opera solio Hispanico depellendum cogi haud patiebatur. Cui constantiae

(119) *Ils descendirent à la porte de ce Ministre de la République.* SINCERF *fut admis aussitôt à lui parler.* TORCY *attendit dans une espèce de salle, ou de cabinet, la réponse, que* SINCERF *devoit lui apporter. Mem. de* TORCY, *vol.* I. *pag.* 232.

1711. tiae duo faverunt casus subiti, mors, scilicet
17 Apr. Imperatoris Josephi I, et Reginae Brittannicae
animo obortum frigus erga Ducem Marlbur-
1712. gensem, omnesque opinionum politicarum, quae
initio. adhuc viguerant, asseclas pertinaciores.
1713.
11 Apr. Pax Ultrajectensis tumultus bellicos in majore parte Europae terminavit; pax Rastadiensis benefico operi ultimam manum admovit. Hispaniâ cum duabus Indiis, quae vocabantur, Philippo V relictâ, Belgium Hispanicum nostrae commissum fuit reipublicae, quae id, postquam res Obicis (*Barrière*) ad finem esset perducta, in Carolum VI. conferret. Huic Imperatori Austriaco assignata quoque fuit Sardinia, cum regno Neapolitano, Ducatu Mediolanensi, etc. Multa deinde inter Imperatorem et Ordines foederatos de Obice acta fuere, quae tantopere ad nostram rem faciunt, ut minime supervacaneum duci poterit, si istaec acta inde ab origine persequamur.

Nostrae reipublicae rectores, mox ab Unione Ultrajectinâ, jam intenderant, ut esset aliquid, quod ipsum unitarum provinciarum solum a solo hostili separaret. Cum duodecim annorum Induciae concipiebantur, ejusmodi munimentum exterius, aut, si mavis, propugnaculum, praebitura esse videbantur oppida et castella in solo Brabantino Flandricoque, ab Ordinibus Gene-

ne-

neralibus aut Zeelandis recta (*Generaliteits-plaatſen* et *Committimus*). Tempore vero pacificationis Monasterienſis Ordines maxime verebantur, ne Cataloniae Regi Hispano reddendae loco Galli Belgium Hispanicum nanciscerentur. Exinde nostrates nunquam non cavendum ſibi duxerunt, ut illae regiones Hispanis conſervarentur.

Hispanis et nostris majoribus eadem commoda et incommoda; mutua amicitia utrisque perinde utilis; quod illi, postquam cum nostratibus pacati, tandem ſenſisſe videntur. Saltem ab illorum parte primi conatus facti ad illam amicitiam ſtabiliendam, quae exinde, fere nunquam interrupta, ad hodiernum usque diem permanſit. Hispanis interim haud amplius illae vires, quibus antea gaviſi fuerunt; crebrique Gallorum incurſus in Belgium Hispanicum, atque ad nostras hasce regiones accesſus, harum moderatoribus flagrans excitavere deſiderium cum illius Belgii posſesſoribus ad ejus tutelam concurrendi. Huc tendebat foedus cum Imperatore et Brittannis, quod memoravimus; ejusque Articuli V et IX viam munivere pacto inter Brittannos et nostrates, quo hi jus ſuccesſio- 1709.
nis, ſecundum quod Anna illos regebat, agno- 29 Oct.
scebant, illi vero cum nostratibus de locis conveniebant, quibus deſideratus Cbex (*Barrière*)

re) componeretur. Interim memorata converſio in politicis aulae Brittannicae opinionibus novum de Obice isto pactum peperit, quod
1713. Ordinum votis minus respondit, ſed nihilomi-
30. Jan. nus ab iis fuit ſignatum. Illic ſucceſſioni Brittannicae cavebant Ordines; his vero de perpetuo uſu Obicis cavebatur, ipſumque Obicem deſcribebat pactum, quo porro ſupremum Belgii Meridionalis Imperium Auſtriacis destinabatur, et ſtatuebatur, neque illam regionem generatim, neque ullam ejus partem Gallis conceſſum iri (120).

Univerſa illa regio, quatenus tunc Foederatorum copiis occupabatur, ſecundum pacta Ultrajectina reipublicae tradebatur, quae eam
Art. VII. Domui Auſtriacae permitteret, quamprimum inter hanc illamque de ratione conveniſſet, qua istaec regio nostratibus deſideratum prae-
Art. XI, beret Obicem. Rex Christianiſſimus eidem rei-
XII. publicae tradebat locos aliquot, itidem Domui Auſtriacae concedendos; porroque ſtatue-
Art. XIV. batur, nullum eorum locorum unquam coronae domuive Gallicae ſubjectum iri. Articulo ſeparato, eodem die ſignato, Ordines Ge-
ne-

(120) *Mémoires de* LAMBERTY, *Tom.* VIII. *pag.* 34. *ſqq. Secreete Reſolutien van Holland*, VII. *deel pag.* 7—17.

nerales declaraverunt, se curaturos, ut domus Austriaca omnia, quae tunc de Belgio ipsi tradendo statuta, exsequeretur, postquam ad ejus regionis possessionem accessisset (121).

Pace Rastadiensi praecedentia omnino confirmata fuere; et Carolus VI. paratum se testatus est, ad conditiones exsequendas, quae ipsi, ut futuro Belgii Hispanici possessori, praescriberentur. Actis quoque Badensibus eadem adjecta fuit clausula. 1714. 6. Mart. Art. XIX. XX. 7 Sept. Art. XIX.

Anno proximo omne negotium de Obice, quod nostratibus tantopere cordi, Antwerpiae ad finem perductum est, signato pacto inter Imperatorem, Ordines Generales et Regem Magnae Britanniae; cujus pacti argumentum paucis huc redit: 1715. 15 Nov.

Foederi anni 1701 et pacis insequentibus satisfaciendo, Ordines Generales Belgium, quatenus a Foederatis et Rege Ludovico ipsis fuit traditum, sua vice permittent Imperatori, cui cujusque successoribus et haeredibus unitum, et nunquam amplius dividendum, plene, independenter eademque ratione possidendum concedetur, qua majorem partem ab Hispano Rege Carolo II, Art. I.

par-

(121) *Resolutien van Holland*, 1713, 14. *Apr.* ubi *pag.* 149, *Les dits seigneurs États Généraux s'engagent et promettent, que la dite Maison d'Autriche exécutera toutes les conditions, etc.*

partim vero a Ludovico XIV. fuit possessum.
Art. II. Nunquam ad Gallorum Regem, ullumve Principem Gallicum, neque omnino ad alium, quam legitimum haeredem et possessorem dominii Austriaci, devolvi poterit.

Porro de urbibus, quibus Obex constitueretur, de praesidiis illic collocandis per Ordines et alicubi per hos et Austriacos, de limitibus et de reipublicae dominio hic illic paullulum augendo, sermo fit in sedecim Articulis.
Art. XIX. Ad stipendia militum per Ordines urbibus memoratis imponendorum compensanda, Imperator se reipublicae quotannis florenos 1,250,000 soluturum promittit. His adhuc alia, quae ad rem nummariam pertinent, adduntur. Art. XXVI. In commercio Brittannorum et nostratium cum Belgis Meridionalibus nil mutaretur, donicum id negotium novo pacto cum Imperatore esset ordinatum; quod pactum interim ejus naturae esset, ut commercii inter Belgas Meridionales et Septentrionales ratio eadem maneret, quae Monasteriensi pacto anni 1648 determinata. Art. XXVIII. Totius pacti sponsor Rex Magnae Brittanniae.

Pactum de Obice, quod ipso anni 1713 initio inter Brittannos et nostrates signatum, cum immutationibus proximo biennio in istoc negotio factis, tribus fere a Belgio Austriacis permisso mensibus, novo inter Brittannos et

nostrates pacto fuit confirmatum. Tandem huc pertinet pactum inter Ordines et Imperatorem, difficultates circa limites obortas tollens, Ordinibus quosdam pagos, et castella nonnulla ad Scaldim inferiorem concedens, in caeteris pactum de Obice confirmans, omnium exsecutionem urgens, et Regem Magnae Brittanniae sponsorem habens (122). 1716. 17 Febr.

Societas ad commercium Indicum, quae non ita diu postea Ostendae fuit inita, Brittannorum et nostratium commercio aeque adversabatur, ac pacti Monasteriensis Articulo V, et pacti de Obice Articulo XVI. Eâ de re Cameraci habitus conventus inutilis fuit redditus subitaneâ conspiratione Philippi V cum Carolo VI; qui Principes sese ad mutuam suarum possessionum defensionem obstrinxerunt et mutuum subditorum commercium ordinaverunt pacto, quo commoda societatis illius Ostendanae maximopere promoverentur (123). 1722. 19 Dec. 1724. Apr. 1725.

Foederi Vindobonensi opponebatur eodem anno

(122) *Mem. de* LAMBERTY, *Tom.* X. *Suppl.* ubi huic pacto addita tabula Geographica limitibus describendis inserviens.

(123) Vid. Artic. 2, 3, 36 et 47, pactorum de foedere et de commercio Hispanorum atque eorum, qui Imperatori parebant.

no foederis Hanoveranum, ad quod anno sequen-
1726. te inter alios accessere nostrates. Bellum vi-
9 Aug. debatur inevitabile, arma promebantur undique-
que, medium inter tacitum pacis negotium;
cui plurimum rerum concursus ita favit, ut ad
1727. belli dilationem per septem annos duceret, quo
31 Maji temporis spatio commercium societatis Osten-
danae suspenderetur. De hac difficultate aliis-
que intra quatuor menses ulterius ageretur.
Quod cum fieret, fidem Imperatori datam fre-
git Hispanus, et se cum Gallis et Anglis con-
1729. junxit. Nostrates mox idem fecerunt, cum foe-
Nov. derati Principes se ad societatem Ostendanam
tollendam obstringerent.

Nihil hoc tempore Europaeorum opinioni-
bus politicis incertius. Tandem major pars
Gallis minus favit quam Austriacis. Hispani et
Angli foederi cum illis icto renunciaverunt, at-
que antiqua inter Anglos et Austriacos amicitia
1731. revixit. Hinc novum foedus Vindobonense, cui
16 Mart. nostrates implicati fuerunt, tanquam reapse coope-
rantes, etsi eorum legatus acta haud signaret, ipsi-
20 Febr. que se anno demum sequente foederatis jungerent.

Ratio, ob quam respublica accessum sat ir-
revocabilem tamdiu differret, sita erat in *San-
ctione*, quae vocabatur, *pragmatica*, qua foe-
derati spondebant, filiam Caroli VI patri in
omnibus, quae domus Austriaca possidebat,
suc-

ſuccesſuram esſe. Ad illam tanti dominii haeredem, quamprimum pater diem ſupremum obiisſet, ab invidis et hostilibus adverſariis tuendam Ordines ſe tandem Anglorum exemplo obſtrinxerunt, quod Imperator contra promittebat, ſe, quamprimum illi ad foedus acceſſisſent, ſocietatem Oſtendanam deleturum esſe. Porro convenit, intra duos menſes Antwerpiae actum iri de exſequendis definitionibus pactorum, quibus Obex anno 1715 et triennio inſequente adhuc ulterius deſcriptus fuerat. Ibidem res commercii ſecundum id, quod ſupra memorato Articulo XXVI. pacti de Obice ſtatutum erat, ordinarentur.

Hoc negotio ad finem perducto, Politicos Vindobonenſes occuparunt alia. Mors Imperatoris Europam iisdem fere turbis objecit, 1740. ac mors Hispani Regis Caroli II. excitaverat. Nostrates foedere, ad quod anno 1732 haeſitabundi accesſerant, novo illi tumultui haud ſecus ac Brittanni implicabantur. Atque in Obice parum ſubſidii adverſus Gallos, qui, Berga ad Zomam occupatâ, tandem Trajectum ad Moſam obſederunt, et ſe Bergae munimenta, immenſo reipublicae damno, demolituros minati fuerunt, ni Ordines quantocius unâ cum Brittannis iis oblatas Praeliminares, quas vocant, pacis conditiones ſignarent.

Actui pacifico, cujus verbo meminimus, mox fuperftructa fuit pax univerfalis, quae ad hujus disfertationis argumentum parum videri posfet facere, fi integrum pactum de Obice, atque ea, quae anno 1718 de limitibus conftituta, iftac occafione denuo fancita fuissent. At illae res in priftino ftatu haud omnino remanferunt. Pactum anni 1718, et pacti de Obice Articulum III. fibi displicere demonftrarunt Auftriaci; et Kaunitzius, qui ad istud pacis negotium Vindobonâ Aquas Grani misfus, iteratis a noftratibus ad eam fanctionem exhortationibus aures obturare haud defiit.

Contra ibidem loci curarunt Auftriaci, ut Gallis fubolerent nonnulla (124), quae tunc quidem in nervum haud eruperunt, fed oblivioni tamen penitus mandata non fuerunt. Immo novae cujusdam politices inventori Kaunitzio inventum magis magisque mente volvendi, Gallosque ad ejus amplexum trahendi, commo-

(124) *Hiftoire de la guerre de fept ans, dans les Oeuvres Posth. de* FRÉDÉRIC II, *Tom.* III, *pag.* 41.

mo a ocasio haud defuit. Pacta annorum 1756 et 1758 hic haud ulterius memoranda sunt, quam quatenus ad Belgium nostrum pertinent.

Per duo saecula et amplius illi, qui Gallis et Austriacis imperitabant, et potentiâ prae caeteris in Europae continente Principibus eminebant, hostili se invicem animo persecuti fuerant. Gallis opitulantibus Belgae suam libertatem Austriacis extorserant. Exinde foedera, quae hos cum illis conjunxerant, utrosque ab increscente Gallorum potentiâ tutos praestiterant. Europa per omne id tempus in duas partes dividi visa fuerat, quarum altera Galliae Rege tanquam duce et auspice uteretur, altera vero capite domus Austriacae. Neutra pars accessum nostratium ad se, aut ad Reges et Principes sibi oppositos, indifferenter ferebat, obtingebatque aequilibrii quaedam species politica, absque ut altera pars alteri unquam perfecte aequipolleret, atque eventus votis eorum responderet, qui rebus humanis pacandis incumbebant.

Interim novum regnum in Boreali parte Germaniae et Poloniae sese ad altum satis potentiae gradum evexerat. Friderici Gulielmi filius a patre obeunte aerarium bene repletum, atque optime constitutum exercitum 70,000 mi-

litum, acceperat (125). Quam gnaviter his usus fuerit Fredericus II. tralatitium est. Ad Articulos pacti, quod Aquis Grani signatum, pertinebat ipsi concessa ferax illa Silesia. Hujus amissae damnum acri dolore affecit Austriacos, qui simul honoris laesi vindictam spirarunt, ad quam se lento gradu, et probe meditatis consiliis, contulerunt. Gallis et Borussis a se invicem separatis, sese insuper a Gallis omnino tutos et securos praestare conati fuere.

Isti conatui promovendo mirum in modum utiles minae Britannorum in Gallos, qui, illinc bellum metuentes pacem ab Oriente perpetuam desiderabant. Hoc desiderio Galli non minus, ac Austriaci suis illis consiliis, ad foedus mutu-
1756. 1 Maji. um excitabantur, quod utrique parti, si bello lacesseretur, auxilia stipulabat, et partis utriusque socios anteriores ab ea reddebat alie-
1757. 1 Maji. nos. Anno abhinc praeterlapso arctius adhuc foedus concipiebatur. Hoc vero haud sancito, versus anni demum sequentis finem Galli atque
1758. 30. Dec. Austriaci arma prorsus conjungere decreverunt. Publice tunc declaraverunt commune consilium, Borussorum Regem eo redigendi, ut vi-

(125) Regni Borussici statum, cum FREDERICUS II. in ejus solium ascendebat, ipse paucis descripsit, *Oeuvr. Posth. Tom. I. pag.* 25.

vicinos inquietare et pacem universalem turbare amplius nequiret. Cui scopo feriendo quantum Gallia impenderit, haud facile dictu est. Id interim negotium suspicacibus Britannorum et Borussorum oculis penitus subtrahi non permisit; iique sese ad mutua contra tempestatem ingruentem auxilia obstrinxerunt pacto Londinensi, quod initio anni 1756 signatum fuit (126).

Tali modo se ad bellum, quod per septem annos flagravit, pararunt utrinque illi, qui partes egerunt praecipuas. Nostrates isti bello sese haud immiscuerunt, honorem ea ratione obtinendum aliis libentissime linquentes; quandoquidem pax conservata aerario aeque prodesset ac commercio. Germania multiplicibus et perquam sanguinolentis concussa fuit expeditionibus ac praeliis. Numerus Gallorum, qui cecidere, numerum superavit militum, quos caeteri bellantes conjunctim perdidere (127). Pax Hubertiburgensis et Parisiensis huic bello 1763.
finem imposuit, alterique maritimo, quod Galli 15 et 10 Febr.
haud

(126) SCHOELL, *Hist. Abr. des Traités de Paix*, *vol.* III, *pag.* 15.

(127) *Hist. de la guerre de sept ans*, *Tom.* IV, *pag.* 415, cui loco SCHOELL, *l. l. pag.* 119. sua quoque superstruxit.

haud minus infeliciter gesserant, qui, multis navibus perditis, magnam coloniarum partem Brittannis cedere coacti fuerunt (128).

E pace universali magna ad Hollandos bona redundarunt, quorum affluentiam perpetuam fore cuncta promittere videbantur. Cum Borussorum rege, qui unitis reliquae Europae viribus parem se probaverat, fat arctis vinculis conjuncta respublica firmo gaudebat praesidio. Eidem tanto minor metus belli ab Austriacis et Gallis ipsi inferendi, quod horum aeraria protinus exhausta. Nostrates Brittannis insuper utebantur sociis, quibus, jam tunc maris imperium, quibusque Parisiensis illa pax multum honoris conciliaverat, quos tamen nulla in Europae continente gens praeter nostram fidâ satis amicitiâ complectebatur. Gallis interea cito nimis oblata fuit occasio Brittannos ulciscendi, horum
1775. colonis in America Septemtrionali rebellantibus; quibus illi clam faverunt, usque dum
1778. bellum inter duas gentes aemulas palam ireno-varetur, cui respublica haud ita diu postea
1780. sequentes ob causas fuit implicita.

Vigente pace diuturnâ divitiis tantum acquirendis incubuerant nostrates, quae animos languore ita affecerant, ut vix alio quam partium

(128) De flassan, *l. l.* VI, *pag.* 478, *sqq.*

um studio interea magis magisque inflammato possent excitari. Quamdiu Principes Arausii in bellum propensi fuerant, factio perpetua, sed nunc hoc nunc alio nomine insignita, pacem reipublicae conservandae utilissimam esse asseruerat. Jam vero in sententiam ibat illa factio, quae plane contraria sententiae, cui inde a reipublicae origine adhaeserat. Ii, qui se nomine ab amore patriae *derivato a reliquis* civibus distinguebant, nil omnino a patriae jure detrahi patiebantur. Commercium cum maxime florens, patrii soli et coloniarum incolumitas, prae caeteris vero armorum gloria, tot factis Heroicis terrâ marique acquisita, adeoque gentis honos, belli submittebatur aleae, spretâ postulatione Brittannorum, ut nostri a ligno navibus construendis utili in Galliam advehendo desisterent.

Haec in socios duritas aliqua forsitan defendi potuisset argumentatione, ni respublica viribus, quibus se ipsa defenderet, tunc potissimum caruisset. Si classem et copias augere minus neglexisset, bellum ad eam forsitan haud fuisset propagatum, immo Brittanni a postulatione, quam diximus, abstinuissent; sed longe aberat, ut imparatissimae reipublicae arma Oceani dominis ullum incuterent

 me-

merum; immo partium studio divisos nostrates contemnebant.

Diversis itidem opinionibus turbata Gallia novae in America reipublicae subsidia mittebat
1779. validissima. Hispani se haud ita diu post Gal-
12 Apr. los ad Britannorum possessiones transmarinas diminuendas contulerunt. Cujus consilii approbatio Belgis innumerarum navium mercatoriarum jacturâ constitit, iisdemque aemulatores Americanos, eorum navigationi et commercio magis magisque nocuos, peperit (129).

Bellum id Britannos haud minus afflixit, quam nostrates, Gallos et Hispanos. Omnes pacis avidi. Novae reipublicae stabilitate laudis contenti Galli erga hostes de eâ subaestendâ desperantes haud minus faciles, quam Hispani. Nostratibus durior videbatur pacificatio, quae nullam ab eorum damnis farciendis commendationem habebat. Frustra poscebant plenissimam re-

(129) Inter sero sapientes nostrates jam vix quisquam est, qui neget, nostram rem tunc sat stolide actam fuisse. Conf. G. J. PYMAN, *Bijdragen tot de Geschiedenis van het Vaderl.* *pag.* 3—8; et *De Nederl. Republ. op het einde der achttiende eeuw*, *Mnemos. deel* VI, *pag.* 94—98; quem tractatum qui noverunt, me eo plus semel usum sentient, idque mihi nentiquam vitio sunt versuri.

restitutionem coloniarum, ipsis aggressione improvisâ ereptarum (130), et compensationem navium ac mercium, quibus Brittanni ipso fere momento, quo bellum declaraverant, vel in longissime dissitis Oceani plagis, manus hostiles injecerant (131).

Galli bellum summis impensis gestum jam terminaverant, pacis conditiones praeliminares signaverant, et pacificationi ultimam manum erant admoturi, quum rei conclusio absolutissima, nostratium legatis id enixe rogantibus, ad tertium diem Septembris differretur.

Nostrates contra ante illum diem, quo se a Gallis et Hispanis sibi relictos viderunt, in pacis negotio haud ulterius progredi potuerunt.

(130) *Missive van den Graaf* C. G. VAN WASSENAER WASSENAER, *Extr. Envoyé en Plenipotentiaris te Weenen*, 26. *Apr.* 1782. ubi Comes ille *tanquam rem certissimam* asserit, mense Majo anni 1780. nunciorum versus Indicum mare missorum ope jussum fuisse, ut illic decurrentes Angli se ad Hollandos ex inopinato aggrediendos pararent, ipsamque aggressionem mense Augusto diserte praescriptam fuisse, licet bellum ultimis demum ejus anni diebus publice indiceretur.

(131) *Miss. uit Vranckryk van de HH. Ambassadeurs* LESTEVENON VAN BERKENROODE en G. BRANTSEN, 11 *Dec.* 1782.

runt, quam ad conditiones praeliminares, quas, duriores licet, Septembris die secundo tandem signaverunt (132). Quomodo a pace plenissimâ repulsi fuerint, explicabunt sequentia, ubi totius Europae status illo tempore erit considerandus. Ad illam pacem post octo menses et amplius demum pervenerunt (133), eâque nondum gaudebant, quando immensis postulationibus lacessiti fuerunt ab Imperatore Austriaco, magnae illius Mariae Theresiae filio, quem Principem, ut scientiae acquirendae insatiabilem, ideoque res plurimas perspicientem, nunquam non actuosum et ingenio multa molienti obsequentem, sed mentis instabilitate a proposito exsequendo saepius deflexum, et *nullâ juris, quod his illisve suppetebat, reverentiâ ductum*, depinxit celebris e Germanis Historicus (134). Huic indo-

(132) *Miss. uit Vranckryk*, *enz.* 1783. *Aug.* 25 *et Sept.* 3.

(133) FLASSANO, itaque, *l. l.* VII, *pag.* 367, 368, suae haud deerant rationes, cur illam pacificationem paucis, atque ad rem ipsam haud quaquam pertingentibus, verbis tractaret. Quocum confer. SCHOELL, *l. l.* III. *pag.* 414–417.

(134) *Unversätlich an Wisbegierde — und daher manichfaltige Einsichten; rastlos an thätigheit —* *und*

dolis, quae Josepho erat, delineationi multa possent addi; sed, quomodocumque eam indolem descripseris, hoc erit certum, eum consilia, quae fructus satis utiles latura esse videbantur, rationibus illegitimis prosecutum fuisse, ejusque conatus tum licitos tum illicitos saepius secum invicem pugnasse. Protestantibus permittens cultus libertatem, Ecclesiasticos Pontificios decore spoliavit. Commercium maritimum in imperii sui utilitatem (at qua ratione?) promovere annixus, ab agricultura interim, quicquid ad aerarium sustentandum necessarium videretur, decreto irrevocabili exigere statuerat (135).

Postquam Belgium suum et nostrum viserat Imperator, quem studium dilecti cujusdam propositi ad hoc iter impulisse videtur, Austriaci Belgii rectores a nostratibus postularunt, ut loca, quae supradictum Obicem compo- 1781.
ne- 7 Nov.

und daher vielfache Projecte; aber sehr inconsequent, *und* ohne achting für Rechte. Vid. HEEREN, *Handbuch der Geschichte des Europ. Staaten systems*, *Histor. werke*, IX. *theil. s.* 61. Quocum confer SCHOELL, *l. l.* III, *pag.* 341, 342.

(135) *Missive van den Baron* HOP, *Minister Plenipotentiaris te Brussel*, 1784, *Mei* 10.

nebant, evacuarent. Ordines Generales multa objicere, legatumque Imperatori cognitum et satis gratum Vindobonam mittere, at illam contumeliam a se non potuerunt avertere. Josephus *nullam Obicis mentionem apud se injici patiebatur, et rem ipsam* tanquam non
1782. 8 Mart. ens ridebat. Cujus placitis hac in re acquieverunt Ordines (136).

In-

(136) Doleo amplam descriptionem indolis, qua JOSEPHUS insignis, tantopere ultra hujus dissertationis limites excurrere, ut ejus inserendae venia (quam idem vir benevolens, cui tot loca classica debeo, mihi concessit) uti haud potuerim. Pretiosae vero illius picturae dignitas obest, quo minus eam discerem, et nonnulla promam fragmina. Cum interim e re multorum sit, ut genus politices, quod hoc tempore apud Austriacae gentis rectores viguerit, satis in comperto habeant, facere nequeo, quin his sequens addam excerptum e *Litteris a Comite* WASSENARIO, *die* 4 et 5. *Martii anni* 1782, *ad Ordines Generales datis.* In illis igitur litteris nostras legatus post alia: „ Terwijl „ ik dit zeide, zag de Vorst KAUNITZ mij gestadig aan, en remarqueerde dat mijn oog geduurig „ viel op Mevrouw VAN WALMODEN — echtgenoote „ van den Hanoverschen Gezant — die ik duidelijk merkte dat haar best deed, om na onse Con-

„ ver-

Indulgens hoc arbitrariis Imperatoris placitis obsequium, demonstrans, quam infirma esset

„ versatie te luysteren. Hij zag zulks ook, en had „ de vriendelijkheid van uit zijn fauteuil op te rijsen; en naast mij tegen de muur te komen „ staan; hier zeide hij mij zeer duidelijk:" *Ecoutez, je vais vous parler très franchement; l'Empereur ne veut plus entendre parler de Barrière; elle n'existe plus. Tout Traité, dont la base, et le fondement, qui l'ont fait naître, sont amovés, perd son essence par lui-même. Celui-ci a été fait contre la France; actuellement nos liaisons avec la France sont telles qu'il devient parfaitement nul et inutile, et par-là nous vous avons fourni une bien meilleure Barrière et plus sûre, que l'autre qui est chimérique.* „ Ik liet daarop, dog „ met de uiterste discretie voelen, dat zaken van „ dat gewigt, en van dien aart, zig echter ook „ het noodlot van mogelijkheid van verandering niet „ konden onttrekken, waarop hij mij inviel, zeg„ gende;" *Non, ceci ne peut changer, ces liaisons sont la suite d'un sisthême fixe et bien raisonné. Elles ne sont pas pour peu de temps ou d'années, elles sont pour cent ans, et plus. Quand même il viendroit dans le Cabinet de Vienne, ou de Versailles, un Ministre assez fou (ce qui est incroiable) assez fou, dis-je, pour vouloir les rompre, il se ferait mettre aux pe-*

ti-

set respublica, genti humiliatae novas jacturas praesagiebat. De Scaldi aperiendo sermo fieri jam coeperat, ad quam innovationem supplex Antwerpiensium mercatorum libel-

tites maisons, mais ne pourroit y réussir; tant elles sont fermes et bien cimentées, et je vous le repête c'est la meilleure Barrière que vous puissiez désirer. l'Empereur vous veut du bien, et vous ne pouvez jamais avoir rien à craindre ni de notre côté ni de la France. „ Ik antwoorde „ hierop, dat die gevoelens, en verseekeringen dier- „ baar waaren voor de Republicq, doch dat het mij „ smerte, dat H. Ho. Mo. representatien niets om- „ trent Namen vermogten. Hierop zeide hij:" *Vous remplissez bien vos ordres, mais vous avez de l'esprit, et je suis sur que vous me justifiez, et que vous sentez le néant de cette Barrière;"* waarop ik kort antwoorde; „ *Monseigneur! jusqu'ici j'ai toujours cru que les* traités *étoient* quelque chose „ voegende daarbij, dat ik van dit alles kennis zoude geeven aan mijn „ meesters; waarop hij zeide:" *Je vous ai parlé en honnête homme et franchement. Mandez leur tout ce que je vous ai dit; ils se trouveront bien de menager l'Empereur. Conduisez vous sagement dans ce cas, et vous ne vous en repentirez pas.* A judicio qualicumque nos abstinemus. Res ipsa lectores eodem fere sensu imbuet, qui nos inter haec describenda vehementer affecit.

bellus Imperatorem excitabat. His responsum, eorum desiderio obstare disertum articulum pacti Monasteriensis, quo claustra Scaldi injecta, eum in modum sancirentur, ut rogationi annuere nequiret Imperator.

Illâ re sic rejectâ, ut de eâ haud amplius cogitari videretur, ad nostratium notitiam pervenit, de Berga ad Zomam per hujus dominum Electorem Bavarum Imperatori vendendâ agi coepisse. Hoc negotium fortasse praecipitanter pro certo annunciabat Ordinum legatus in Bavariâ (137). De eodem in postremis anni 1782 mensibus minus dubitandum esse videbatur. Imperator de eo saepius disserebat, ut de figmento, Berolini urbe certo certius oriundo (138).

Cum id negotium ad Wassenarii Comitis aures primum pervenisset, huic fictitium et vix ullâ attentione dignum esse videbatur. Nihilominus tentandum censebat, ut rei naturam probe perspiceret; sedùloque instituta perquisitio sparso rumori majorem veri speciem conciliabat; quam ob rem legato à su-

(137) *Miss. uit Mentz, van den Secretaris* LUCIUS, 1782, *Maart* 28.

(138) *Miss. van den Graaf* VAN WASSENAER, 1782, *Mei* 1.

supremo reipublicae senatu jussum fuit, ut
24 Dec. coeptam perquisitionem diligenter continuaret; quo facto viri eximii vigor in arcanam transactionem tantopere penetravit, ut de eâ ad Ordines referre posset sequentia.

"Negotium ipso auctore praecipue agebatur Bruxellae. Elector dominium, quod titulo Comitatus Marcani (*Marquisaat*) insigne, Imperatori offerebat pretio 1,000,000 florenorum Vindobonensium, quos Ligurum aerario debebat. Eos interim proli suae illegitimae distributurus esse videbatur, Principisque valetudo in caussâ fuit, cur negotium per duodecim fere dies dilatum esset.

"*Patriae sincero atque ardente studio prodesse studens*, sic pergit Comes," *metu vehemente, ne rei tam seriae consecutiones nobis aliquando noceant, ad sequentes animadversiones moveri me patior.*

"*Sat multi norunt, Belgii Austriaci rectores Bruxellenses animo esse imperioso, atque ad res arduas tentandas proniore* (139), *iis*

(139) Illustris HOPPIUS, qui Bruxellae Ordinum oratorem agebat, nos docet, quâ ratione Belgii regimen Bruxellense reapse comparatum fuerit; quippe qui Epistolâ, die 30. Julii anni 1783. datâ, post injectam mentionem reviviscentis famae, de Scal-

iis vero displicere impedimenta, quibus navigatio in Scaldi premitur; Primum interim, quem vocant (140), *Ministrum Stahrembergium multâ flagrare ambitione, et fo-*

Scaldi per Imperatorem aperiendo, sic pergit: „ Ik
„ heb gemeent, daarvan ook kennis aan H. Hoog
„ Ed. Gestr. te moeten geeven, om in alle geval
„ van geen versuym verdagt te worden, bijaldien
„ men onverhoopt en onverwagts, zoo als het met
„ de evacuatie van de Barrière steeden gebeurt is,
„ met de slag gewaarschouwd wierd, het gunt hier
„ thans dagelijks gebeurt met arrangementen, die te
„ Weenen gesmeed en geconcludeert worden, dan
„ eens de Geestelijke en derzelver goederen en dan
„ eens de Civiele Ampten en Bedieningen treffende,
„ in zoo verre dat er thans niemand van het be-
„ houden van sijn Ampt en Bediening meer zee-
„ ker is."

„ Dit Land werd thans meer dan ooyt, men
„ moet zelfs zeggen, volkoomentlijk te Weenen
„ geregeerd, en dit Gouvernement heeft niet in
„ sijn magt het geringste te doen zonder daartoe
„ speciaale order en authorisatie van Weenen te heb-
„ ben ontfangen.".

„ P. S. Deeze zal U. H. E. G. door secuure
„ occasie over Breda geworden."

(140) Quale munus Bruxellensis Primi Ministri fuerit, docet NENNY, *Mem. Hist. et Polit*, II, *chap*. XVII.

forsitan desiderare, ut ipsius facta politica in ultimo fine actu quopiam glorioso illustrentur; praesertim cum multi hic loci asserant, virum illum, quando hic redierit, si conjecturae quidpiam valeant, haud contentum fore aulae Imperatoriae regimini (Grootmeesterschap); *quippe quod munus ambitioni exserendae nullam praebeat occasionem; quam ob rem altiora spirare, atque in Principis Kaunitzii locum aliquando ascendere velle videatur,*

" *Immenso dolore me percellit reipublicae status externus et internus, qui haud permisisse videtur, ut litterae meae sat seriae deliberationi submitterentur, et de rebus gravissimis, quas illic exposui, cito satis et efficaciter concluderetur. Quâ tandem facie nunc denuo precabor, ut judicetur, num reipublicae intersit, mihi quantocius injungi venatus Marcani illius Comitatus in nostram utilitatem coemendi? Hâc de re si possit deliberari, ob oculos erit habendum, pretii rogati summam fere ad* 1,150,00. *florenos Hollandicos redire, Imperatorem vero rem tanti haud dignam aestimare, et pecuniam, quâ coemi potuerit, inter nostrates minori foenere quaeri posse, quam inter Austriacos.*

Tan-

Tandem infausta illa Obicis deletio docet, quam facile Imperatori, non obstante jure incontestabili et pacto disertissimo, obnasci possit idea, milites exteros arcendi a solo, cujus ipse dominus, et quam parum sibi ejusmodi ideas argumentis eripi patiatur (141).

Ultima haecce animadversio tanti erat ponderis, ut litterae eâ expositâ finiri potuissent. Omnes facile senserunt, quanti facienda esset Berga ad Zomam, ut oppidum munitum in finibus, qui post Obicis jacturam extremi, atque insuper ut locus Josephi moliminibus fortasse perquam commodus. Forsan enim recordabatur melioris illius conditionis, quâ Berga olim gavisa. Forsan eam appetebat quod Scaldi vicina.

Breteuillius, antea Hagae Comitum, tunc Vindobonae, Gallici Regis legatus, ac tandem Parisiis in Ministerium adscitus, vir prompti consilii, qualem se vel sermone demonstrabat — is igitur Breteuillius, quantumvis Imperator verbis speciatim ad eum directis asseruerat, totam illam rem merum rumorem esse, quem male officiosi amici (num Berolinenses?) sparserant, nihilominus haud cessabat

(141) *Miss. van den Graaf* VAN WASSENAER, 1783, Jan. 28.

bat suadere, ut Ordines Bergam a Bavaro emerent (142).

In-

(142) *Miss. van den Graaf* VAN WASSENAER, 1783, *Febr.* 8. ubi sequens reperimus colloquium inter Gallicum legatum et nostratem. Primo BRETEUILLIUS ille; *Il est inconcevable, que L. H. P. n'achettent pas cela. Il y a longtemps que cela auroit du être fait. Cela est sans prix pour vous autres, et c'est à présent le moment, ou jamais; mais on ne se décide pas vite chez vous.* „ Ik antwoorde daarop al lagchende:" *Votre Excelle est bien pressé de vouloir une décision, sur une affaire qui n'a jamais été encore en délibération, qui n'a jamais été offerte, et que je communique seulement comme un bruit vague.* „ Hij „ antwoorde." *Je sçais bien ce que je dis.* „ Ik „ wederom:" *Comment voulez vous que cela s'entame, si on ne vous l'offre pas. On ne me chargera apparemment pas d'en parler à Mr.* RIDDER „ (Br. RITTER Beyersche Gez.)" *le premier.* „ Hier op hij:" *Ce ne seroit pas le moyen. Vous sentez bien, que* RIDDER *est entierement livré à cette cour-ci, et l'en avertiroit d'abord, et il faut éviter de mêler un tiers dans ces affaire.* „ En daarop zeide hij, dat ik *pro forma* een con„ gé moest verzoeken, om na de Republicq te gaan, „ dan mijn reis over Munchen neemen, en vein„ sen aldaar de Podagra te hebben, traineeren de „ herstelling derselve, en tragten dan, onder dat „ voorwendsel, door alle meest dienende middelen

„ een

Interim id dominium neque iis venditum fuit, neque Austriacis. Hosce jam Bergam haud emisse, hujus rei causam Wassenarius in eo quaerit, quod aemulo inter se animo essent Stahrenbergius et Kaunitzius, qui adeo Imperatorem ab actu, quem alter ille commendaverat, vel ob solam hanc causam dehortatus fuisset. At ea, quae haud ita diu postea locum habuere, ad aenigma explicandum forsan adhuc utiliora. Forsan jam tunc de *Compensatione* cogitabatur, cujus ope multa plura acquiri possent, quam emtione, eaque simul minore pretio.

Quid circa ea statuendum sit, Lector Benevolus e sequentibus perspiciet; licet mihi illic haudquaquam de omnibus illis agendum esse videatur, *quae verae intentioni praetexebantur*. Quam intentionem publice editae postulationes et responsa aliquomodo demonstrant, paucioribus vero cognitae declarationes, quas vulgo *Notas* vocant, magis magisque in lucem protrahunt, litteraeque nostrorum ad litem componendam delegatorum oculis sat perspicacibus penitus exponunt.

Lis

„ een spoedig einde te maaken. Op dat alles ant„ woorde ik: dat ik zeer twijffelde, dat men daar„ toe zoude komen. Waarop hij weder:" *On aura tort, et on se repentira quand il sera trop tard.*

Lis ista vehemens inter Provincias Foederatas et Imperatorem, si narrationes Historicas sequaris, originem duxit a defuncto milite ex
1783. praesidio castelli Liefkenshoek, quem nostrates
17 Oct. solita pompa militari in coemeterio vici Doel sepeliverunt. Hunc actum judex (*Balliuw*) illic constitutus, quoniam vicus Austriacae ditionis esset, prohibere voluit, defuncti vero istius commilitones nihilominus ad finem perduxerunt. Hominis interim corpus effossum paucis diebus elapsis aliquot Austriacorum militum centuriae in castelli fossam conjecerunt; et Belgii Austriaci rectores declararunt, sibi de sua ditione violata esse satisfaciendum, sibique insuper displicere novum genus tributi, quod ad castellum Lilloense a navigantibus exigebatur. Declarationem terminabat satis implicita invitatio ad conventum illis de rebus instituendum.

8 Nov. Ordines Generales responderunt, se dolere, quod hostilia in Imperatorem moliri existimarentur, sibique nil potius esse, quam ut difficultates obortae conventu habito tollerentur. Quo
18 Nov. responso accepto, Bruxellenses illi testati fuerunt,

runt, se sibi gratulari de propositione, quae certo certius Imperatoris desiderio esset consona, atque ad *omnes omnino difficultates, quae exstabant*, pertinere censenda esset, nisi Ordines eam aliter interpretarentur; quorum interpretatio rogata.

Horum legato Baroni Hoppio tunc injungebatur, ut de quibusdam locis munitis ad Scal- 28 Nov 4 Nov
dim per Austriacos occupatis quereretur, eaque loca praesidiis illic a nostratibus collocandis denuo concedi posceret. Quo jure id posceretur, demonstrabatur. Asserebant Ordines sibi nil magis cordi esse, quam ut lites de finibus componerentur; et quoad difficultates, de quibus tollendis, viginti abhinc diebus, tanquam de re sibi exoptatissimâ, scripserant, quaestioni ad eos perlatae respondebant, sibi tunc lites de terminis Flandricis ob oculos fuisse versatas.

Cum reipublicae legatus Bruxellae Ordinum 2 Dec.
jusso obsequeretur, ei responsum fuit, Impera- 6 Dec.
tori haud alios inter Belgium Austriacum et Foederatum terminos cognitos esse, quam qui anno 1664 constituti, atque inter utriusque Belgii rectores, praeter lites de terminis Flandricis, complures alias esse componendas, Imperatori multa poscendi jus suppetere, eumque se gaudio delibutum sensurum, si ea in congressu amico tractari coepissent. Post querelas 1784. 22 Febr.

ab utrâque parte iteratas urgebatur, ut respublica viros e suis ad illud negotium delegaret, Ordinesque reapse decreverunt, *Oratores* 1 Mart. *missum iri, ad conventum, quo Bruxellae habendo limites Flandrici rite determinarentur, aliaeque inter hujus illiusque Belgii rectores obortae difficultates tollerentur.*

Primis mox diebus mensis Aprilis a parte Austriacâ questum fuit de retardato cursu navigii, quod fixis cujusvis septimanae diebus e vico Doel Antwerpiam tendere solebat. Vector illius navigii ultimo Martii die, mane, ex adverso castelli Lilloensis, interrogatus fuerat, an de mercibus, quas veheret, declaraturus et tributa iis imposita more antiquo soluturus esset. Licet responderet, Imperatorem id vetuisse, vesperâ redeunti quaestio ejusdem generis voce sonorâ e longinquo facta, et homini eadem, quae mane, respondenti minae intentatae, immo tormentum in navigium directum, quod inspectioni submissum fuisset, ni vectoris et praesentis alicujus administratoris constantia id nefas averruncasset. Haecce enarrantes Belgii Austriaci rectores postularunt, ut iis de contumeliâ illatâ satisfieret, nullaque amplius tributa a navigiis ex illo vico Antwerpiam tendentibus exigerentur, quandoquidem Imperator aquae inter vicum et urbem solus esset dominus.

Has

Has litteras ad Hoppium mox exceperunt 6 Apr.
aliae de ictu, quem nostrates die 2 Aprilis in navigium Auſtriacum direxisſent; quae posteriores litterae altum clamabant (143).

Hagae Comitum interim is, qui res Auſtriacas curabat, Ordinibus Generalibus declaravit, pro indubitato haberi, quod inter vicum Doel atque Antwerpiam nulla amplius a parte reipublicae exigerentur tributa.

De litteris ad Hoppium penultimis deliberan- 9 Apr.
tes

(143) *Mémoire du Gouvernement Général, Bruxelles le* 6 *Avril* 1784, ubi talia: *Ce n'étoit pas encore asſez pour ceux qui commandent, ou qui sont employés ſur un Navire Etranger, qui ſe trouve à Lillo, d'avoir dans le Territoire de S. M. exercé, au mépris de ſes Droits, et de ſa Souveraineté, les violences incroyables mentionnées dans un Mémoire remis avant hier à Mr. le Baron* DE HOP: *ce n'étoit point asſez d'avoir pointé le Canon contre les ſujets de l'Empereur, qui reclamoient les Droits, l'Ordre et la Defenſe expresſe de ſa Majesté: d'avoir montre ſa mèche et menacé de faire feu avec intention de réaliſer cette démarche extrême. Il a fallu lever l'étendart en plein et mettre le comble à une conduite, qui n'a point d'exemple. Enfin le coup de canon a été laché le* 2 *du préſent mois d'Avril.... c'est tout dire! etc. etc.*

tes Ordines decreverunt, Austriacis concedere quicquid litteris petivissent.

Postridie ab hoc decreto cum Austriaci Belgii rectoribus communicato Hoppius ab iis accepit postulationem disertam de navi, quae ad castellum Lilloense in statione, illinc intra reipublicae terminos revocandâ. Se haud dubitare testabantur, quin Ordines illam navim, unde facinora duabus praecedentibus Epistolis memorata fluxerant, quantocius ab aquis removerent, quae sub Imperatoris ditione essent. Hoc actu *praeliminari* Ordines Bruxellensibus illis rerum moderatoribus gravissimam spem infunderent de conventu, quo instituto, Imperator iis documento firmissimo demonstraret, quam esset magnanimus, et quantopere iis eorumque rebus faveret. Mox Hagae Comitum idem po-
16 Apr. stulabatur a viro, qui illic res curabat Austriacas; ac die sequenti Zeelandicae maris praefecturae fuit injunctum, ut navis, quam diximus, e Lilloensis castelli viciniâ in aquas traduceretur, quae absque ullo dubio ad reipublicae ditionem pertinerent.

En paucis, quid utrinque scriptum et rescriptum fuerit, donicum omnium illorum concinnaretur syntagma, quod *Tableau sommaire* vocabatur. Scripta, unde huc usque hausimus,

ma-

maximam partem junctim edita fuere (144); quam ob rem eorum tantummodo praecipuum, argumentum exponendo sat egisse videor. Illinc enim, nisi me fallant omnia, quilibet facile artem dolosam intelliget, qua via sternebatur ad conventum de *omnibus omnino difficultatibus*, quae si tractari coepissent Imperator se gaudio delibutum sentiret. Itidem jam satis superque elucere credimus, verba Principum, qui Belgium Austriacum gubernare videbantur, eo magis erectum et altiorem animum spirasse, quo Ordines se faciliores praeberent et indulgentiores.

Si haec animadversione haud indigna sunt, erit etiam aliquod operae pretium, si agendi rationem, quâ illi Principes usi fuerunt, cum ea comparaverimus, quam secuta fuit aula Viennensis.

Cum Hoppius in responso de iis, quae in vico Doel perpetrata fuerant, dixisset: *Ordines acta sua esse acceleraturos, quantum permitteret forma regiminis, quae apud eos vi-*

(144) MARTENS, *Erzählung merkwurdiger Fälle*, de quâ rerum gestarum enarratione hic observemus oportet, auctorem sibi haud proposuisse, ut cuncta scripta et rescripta colligeret, sed ut ea promeret, de quibus in schola peculiari coram auditoribus Academicis vellet disserere.

vigebat, Primus Minister: *se retardationem e forma regiminis derivatam merum praetextum habere. Si deliberationes retardatae ad rerum publicarum conditionem pertinerent*, hoc addebat, *decreta accelerata Monarchico regimini erant propria* (145).

Haecce verba, iisque consona ratio agendi, Ordinum legatum perquam sollicitum habebant. *Comite Belgiojosio*, sic scribebat (146), *in meis cum eo colloquiis semper res anteriores commemorante, hinc collegi, eum reipublicae parum favere. Quam velim, ut rerum eventus me errasse doceat; sed vereor, ne omnes occasiones excitandarum molestiarum arripiat immo quaesiturus sit.*

Vindobonae id, quod in saepius nominato vico acciderat, mox multorum animos commovit; sed responsum declarationi Bruxellensi, de quo die 8. Novembris inter Ordines convenisse vidimus, illos motus pacavit; atque ejus responsi apographum porrigenti legato testatus fuit Imperator, *sibi nil esse potius, quam*

(145) *Miss. van den Heer* HOP, 1783, *Nov.* 3.

(146) HOP, *Miss.*, 1783, 11 *Dec.* ubi verbis exhibitis addit Vir illustris, se *haud perspicere, quibus caussis et suasoribus Comes ille tantopere excitaretur.*

quam ut integra conservetur amicitia inter vicinos, quae utrisque exoptanda, et praesertim reipublicae commercio utilis. Addidit, Ordines ex iis, quae Principes Bruxellenses ulterius responsuri essent, penitus intellecturos, quantopere ipse desideraret, pacto firmo et definitivo in sempiternum omnia complanare, quae ducere possent ad perversas rerum factorumve interpretationes, discordiam aut contentiones cujuscumque generis et ad quaecumque objecta pertinentes; quamobrem conventu habendo omnia undecumque orienda, et quocunque spectantia, essent tractanda (147).

Insecuta est declaratio (*Nota*) Principis Kaunitzii, praeter ea, quae Ordines intellecturos esse dixerat Imperator, atque illinc deductam clausulam de conventu habendo, nil fere alicujus momenti continens, nisi Comitem Belgiojosium in conventu res Austriacas esse curaturum. Jam noster ille Hoppius istam declarationem cum eâ, quam a Principibus Bruxellensibus acceperat, comparans, in modo citatâ Epistolâ, judicabat, satis manifestatum fuisse propositum rempublicam petitionibus aggrediendi, de quarum 6 Dec.

(147) *Miss. van den Graaf* VAN WASSENAER, 1783. *Nov.* 30.

rum acerbitate, in antecessu nil posset statui, cum ignoraretur, quid eas elicuisset, adeoque a causa ad effectum non daretur conclusio.

Comes Wassenarius, Vindobonensi consilio ea, quae Ordines die 28. Novembris decrevissent, exponens, vix aliud tulit responsum, quam Hoppium, quicquid ad rem esset, jam a Belgii Austriaci moderatoribus audivisse. Cum ipso tamen obiter communicatum fuit, Bruxellenses illos tantummodo ante datis atque universalibus jussis uti, et nullo prorsus speciali mandato ad illam rem munitos esse; tonumque adeo, quo Belgiojosius animo obsequens loqueretur, Vindobonensibus minus approbari. Quod colloquium familiare legato nostro ansam praebuit declarandi, *cogitationem de republicâ Imperatoris juri minante, aut insolenter acturâ, absurdiorem esse, quam quae subsistere et cuipiam argumentationi fundamenti loco substerni posse videretur* (148).

Quantumvis absonum esset, reipublicae hostile quidpiam propositum imputare, illa suspicio cunctis Bruxellensium Principum declarationibus verbotenus inserebatur, omnisque primi Ministri sermo ad Hoppium eam spirabat; qui le-

(148) *Miss. van den Graaf* VAN WASSENAER 1784. *Jan.* 3.

legatus omnibus aliquando sic respondit, ut ex ejus verbis eluceat, illam absurditatem ei viam ad graviora et infausta, quae usque occulta, pandere visam fuisse (149).

Bruxellenses perquam taedebat rem Vindobonae rectâ tractari; et, ne ipse indecentis effati reus habear, enunciare haud ausim, qua animorum affectione viderint, scriptum a Wasnario Vindobonensibus oblatum amplius fuisse scripto, quod Hoppius Bruxellae de eodem argumento, atque eidem decreto obsequens, in medium protulerat (150).

Was-

(149) *Misf. van den Heer* HOP, 1784. *Apr.* 5. ubi de suo responso, post alia: „ ten opsigte der onaangenaame verdenking voor den staat onderhandsche bevelen tot offencie te hebben gegeven, het mij veel natuurlijker voorkwam te denken, dat de Oostenrijksche Geëmployeerden alles, dat maar mogelijk was, in de weg sogten te leggen, om oneenigheeden te verwekken, dan dat er een mensch van aanzien zoude zijn, die eenige aanleiding zoude geeven tot de voorgevallene offensien." Quae postrema spectant ad perniciosissimam illam discordiam, qua civitas tunc affligebatur, cuique Princeps Arausius imputabat rumorem, de re in vico Doel ipso auctore gestâ, fallaciâ infestissimâ sparsum. Vid. *Secreete Resolutien van Holland*, XIV. *deel*, *mediâ pag.* 409.

(150) *Resol. van HH. Hoogmog.* 1784. *Apr.* 8.

Wassenarii studium oberat, quominus jam e lenioribus intelligeret observationibus, rem immediate agitatum non iri; sed, cum tandem Kaunitzio testaretur, scriptum illud, quod *Tableau sommaire* vocatum fuisse vidimus, supremum reipublicae senatum stupefecisse, e respondit fidus iste Josephi Achates, se indeterminatis ejusmodi effatis haud commoveri solere ad animi sensum enunciandum, atque insuper de scripti argumento Vindobonae agi nolle, Rem Bruxellae tractandam et duplici tractationi diversis in locis minus adaptatam esse.

Quid interim in causa fuisse potest, cur Imperator rem haud immediate tractari voluerit, sed cum Belgici Austriaci rectoribus, quorum auctoritatem nullam fere fuisse vidimus? Inter conjecturas probabiles haecce haudquaquam minimam a probabilitate commendationem habet, Josephum consultum duxisse, ut, in postscenio latens, atque immediatam rei tractationem evitans, sese immediatis culpationibus haud exponeret. Is vero, cujus maxime intererat, ut aenigma solveretur, quidpiam promsit, quod ad miri illius phaenomeni causam adhuc alibi quaerendam ducere videtur (151).

Qua

(151) *Litteris, die 25. Julii, an. 1784. datis* scribit HOPPIUS, Comitem BELGIOJOSIUM, interrogatum,

Qua de re quicquid statuatur, Ordines ad conventum quantocius instituendum accesserant. Tres viros illustres (152) eam in rem delegaverant, et mandata, quibus munirentur conceperant. Viris illis injunxerant, ut, tanquam legati cum plenâ potestate, Bruxellae de terminis Flandricis definiendis, et reliquis rebus litigiosis complanandis, agerent, at caverent, ne in pactis de Obice quidpiam immutarent, Art. 4. quod ad terminos Flandricos haud pertineret. Quicquid hujus generis esset, id solummodo audirent, atque ad Ordines referrent, Art. 7. antequam sibi ullum de ejusmodi rebus sermonem serium ad Austriacos permitterent (153).

Primo habiti conventus die Comes Belgiojosius asserebat, Imperatorem a mutuo agnitis

tum, num rumori de copiis demo in Belgium missis fides habenda esset, id negasse; sed addit; „ Ik „ laat aan VEd. Gestrenges oordeel over, in hoe „ verre men aan die versekeringen moet geloof ge„ven; het Ministerie alhier altoos een uitvlugt „ kunnende hebben met naderhand te zeggen, dat „ Z. K. M. bevelen aan zijn krijgsvolk kan doen „ toekomen, zonder kennis van deselve hier te ge„ven."

(152) Lestevenon van Hazerswoude, P. van Leyden et van de Perre.

(153) *Secr. Resol. der Stat. Gen.* 1784. *Apr.* 7.

tis pactis discessurum haud esse, et se sperare, negotium meliore successu actum iri, quam antea, immo definitivam litium compositionem effecturos oratores congregatos, parvi aut nullius momenti rebus omissis, et solis gravioribus attendendo (*en traitant les choses dans le grand;*) se in mandatis habere et sibi proponere, ut negotium inceptum quam facillime fluere curet, et quicquid possit contribuat, quo gentium confinium harmoniam et amicitiam, omnibus remotis, quae alterutrius partis homines offendant aut laedant, aequis et firmis fundamentis fulciat ac stabiliat (154).

Proximâ sessione nostratibus oblatum fuit syntagma, cujus iteratam mentionem fecimus (155); declaravitque primus Minister Bruxellensis, Imperatori nihil adeo esse potius, quam ut cuncta satis amice terminentur; unde nostrates sibi visi sunt intelligere, ipsum cum suis illas postulationes concessum iri diffidere (156).

Or-

(154) *Miss. van de Ministers Plenipotentiarissen*, 1784, *Apr.* 30.

(155) *Tableau sommaire des prétentions de l'Empereur*, apud MARTENS, *l. l. pag.* 83—89, et alibi.

(156) *Missive van de Ministers Plenipotentiarissen*, 1784, *Mei* 4.

Ordines jam syntagma viris delectis commiserunt, qui id articulatim examinarent (157). Cui decreto cum Belgii Austriaci rectoribus communicando addidere declarationem, se tales exspectare non potuisse postulationes, quales ad se perlatas viderent. Primus Minister, occasione se praebente, jam aliquam *Compensationis* mentionem fecerat (158); in quam intendi idem, epistolâ die 9. Junii signata, adhuc clarius manifestabat (159). Responsum ad

(157) Articuliorum V et XI examen separatim illis supremi senatus membris commissum fuit, quibus summa rerum maritimarum cura erat injuncta. Hi die 24 Maji de illis Articulis ad senatum retulerunt; fueruntque eorum animadversiones probatissimae biduo abhinc cum iis conjunctae, quae reliquos Articulos perstringerent. Vid. *Secreete Resolutien van Holland*, VII. *deel*, *pag.* 411—434. Nihilominus illas animadversiones ad Articulum V et XI. neque in Annalibus (*Jaarboeken*), neque à MARTENSIO aliisque, exhiberi miramur.

(158) „De Graaf van BELGIOJOSO zeide daarop, dat, als men praetensien overgeeft, men dan alles daarop stelt, wat men eenigsints konde reclameeren, maar dat men dan daarop konde handelen, en zoeken, zoo als gebruykelyk is, de zaken bij wijze van *Compensatie* of andersints te schikken."

(159) Illic post alia: *Sa Majesté écoutera sans doute avec les sentimens de sa justice et de son équi-*

ad ea, quae Austriaci conjunctim postulabant, die 27. Julii a nostris ad conventum delegatis primo Ministro traditum fuit, una cum Epistola illuc pertinente, ubi *accommodationis* et *indulgentiae mutuae* iterata mentio. A responso perquam amplo, at lectu dignis- [illegible] fi-

équité, les contreprétensions que la République pourroit se croire fondée de faire, et une explication amicale entre même nécessairement dans l'esprit de la négociation: mais le temps presse, il est précieux; etc.

Avec de telles dispositions il résultera nécessairement un nouvel ordre de choses, réglé d'après les circonstances de droit et d'équité, et sur les convenances réciproques.

C'est en partant mutuellement *de cette base de cet esprit de conciliation, qu'on pourra parvenir à un ouvrage salutaire d'ailleurs d'autant plus nécessaire et désirable, que les lumières de LL. HH. PP. leur dicteront sans doute, que sa Majesté ne peut pas se dispenser de sortir, ou plutôt d'une situation qui blesse autant sa dignité, qu'elle est préjudiciable à ses Droits, à ses Interets et à ceux des ses sujets, etc.* His verbis, a nostris delegatis, in Epistola, die 11. Junii, an. 1784. cum Ordinibus communicatis, BELGIOJOSIUS tam diserte significabat, quid mente volveret, ut ab illo *c'est en parlant mutuellement* lineа subscripta distinguendo supersedere potuisset.

ſimo, addendo nos abſtinemus. Nobis tamen imperare nequivimus, quin huic Diſſertationi ſubjungeremus partem illius disquiſitionis, quâ tractantur Articuli V et XI. Ea enim multa continet, quae tantopere ad noſtram rem faciunt, ut egregiam illam commentationem, non obſtante loco ab his diſſito (160), mox post haecce lectum iri ſperemus.

Viginti duo dies ante abierunt, quam Epiſtolae noſtratium reſponderetur. Quibus post paucos alios dies oblata fuit Imperatoris postulatio definitiva (*ultimatum*). Splendidis verbis illic pingitur, quam bene erga rempublicam affecta eſſet Caeſarea ſua Majeſtas. Haec affectio eam moverat ad multa concedenda. Nil Imperatori tam carum, quam accommodationis ratio facillima, eamque ſitam putabat in (I) Scaldi aperiendo, et navigatione in hoc fluvio omnibus permittendâ, (II) concedendo, ut e portubus Belgii Auſtriaci Indicum commercium inſtitueretur, (III) agnoſcendo, Caeſareae

1784. 23 Aug.

(160) Commentationem eodem ſermone Gallico, quo Auſtriacis exhibita fuit, in *Additamento* reperiet Lector Benevolus. Eam ſermone Belgico, quo a viris annotatione 157. memoratis ad Ordines Generales perlata fuit, in ſoliis (quantum ſciamus) *Actis Ordinum Hollandiae* fuiſſe editam, illa ſatis diserte monet annotatio.

reae ſuae Majestati jus definiendorum vectigalium (*Douanes*) in Belgio Auſtriaco ſuppetere. Si porro de castellis Liefkenshoek et Lillo aliisque ad Scaldim munitionibus demoliendis, etc. conveniret, Trajectum ad Moſam Belgio Auſtriaco jungi haud amplius poſceret Imperator, cui plane perſuaſum, Ordines poſtulationi illico conſenſuros; quam ob rem *Scaldim* jam facto *apertum* judicabat, navigationi libertatem reddiderat, et Comiti Belgiojoſio injunxerat, ut declararet, *vel minimam contumeliam Imperatoris vexillo maritimo illatam belli inferendi ſignificationem habitum iri.*

En quomodo aenigma tandem ſolutum fuerit, etſi Ordinibus jam dudum perſpectum esſet, quid ſibi vellent illa omnia. Diu erat, ex quo lyncei oculi et zelus indefesſus nostratis legati Vindobonenſis per omnes nebulas penetraverant, cunctis artificiis attenderant, cunctaque propoſita arcana ad fundum usque ſcrutati fuerant.

Vidimus, quantopere Berga per Bavarum Joſepho oblata Wasſenarium ſollicitum habuerit. Quid Imperatorem ad dominium illud a Bavaro coemendum movere posſet, ſuis explicuerat. E providâ curâ, quam tunc demonſtraverat, metus, quem ſepultura illa Doelenſis ei incusſit, ejusque demonſtrant verba: *Spero in-*

ſau-

faustam hanc rem exitum habituram esse facilem (161)! Si hinc intelligebatur, quam pio in patriam esset animo; eadem verba spondebant, eum nil omissurum, quo exitum illius rei facilem posset reddere; quem in finem eum se ad Principem Kaunitzium conferre vidimus, qui interim, frigide adeo rem Bruxellae tractandam asserens, gloriosissimorum Duvenvordiorum atque Obdamiorum actuoso, et patriam ardenter amanti, nepoti magnum quidem dolorem inflixit, sed eodem tempore suam et Josephi voluntatem ita manifestavit, ut Wassenarius ne momento quidem posset dubitare, quin antea suis datum retractaret consilium de negotio *pari passu* tam Bruxellae quam Vindobonae tractando, *ut ipse hic loci duriora posset mitigare et simul veritati pondus addere.*

Conatus ad colloquia de eo, quod Bruxellae ageretur, Vindobonae renovanda inutiles ducens (162), nihilominus haud cessabat inquirere, utrum Belgii Austriaci rectores ii essent, qui prae aliis vellent, ut per totum Scaldim libere navigaretur, an vero politici Vin-

(161) *Miss. van den Graaf* VAN WASSENAER, 1783, *Nov.* 22.

(162) *Miss. van den Graaf* VAN WASSENAER, 1784, *Mei* 16.

Vindobonenses id urgerent; quod posterius ei usque minus probabile videbatur (163). In mora cum esset periculum, ejusque arcani investigatio patriae salutem magnopere promovere posset, ei fortiter incumbens, viro, cui a munere honoratiore aditus ad secreta, sat cito elicere novit verba; *liberum Scaldim habeamus oportet* (164). Hinc legato lux in tenebricosis aulae Austriacae meatibus.

Haec aula pactis quidem parum inhaeret — ita ad suos Comes — *huc usque tamen palam*

(163) *Misf. van den Graaf* VAN WASSENAER, 1784, *Mei* 1.

(164) *Misf. van den Graaf* VAN WASSENAER, 1784, *Mei* 18, ubi talia: „Zie hier naauwkeu„rig wat ik kan relateeren. Mijn Canaal, dat in„tiem verbonden is met iemand, die alles kan „weeten daaromtrent, omdat al dat werk door zijne „handen gaat, heb ik daarop afgezonden en wel „gebekt, hoe op dat stuk te koomen. Dit is ge„schied; en men heeft mij terug gebragt de eyge „woorden die over dat stuk ontvallen zijn:" *Jetzo werden die Holländer einmahl lernen, was sie verdienen. Im troublen Wasser ist leicht fischen! Sie werden sehen was sie mit ihren Zizanien und uneinigkeiten werden ausrichten. Wir mussen die Schelde frey haben.* „De overzetting is ligt; enz. „Dit is egt en men kan er volkoomen staat op „maaken."

jam violare noluit ea, quae a pacificatione Monasteriensi annorum 1647 et 1648. fluxerunt, quibusque omnes temporis sequentis stipulationes plus minusve superstructae. Jam vero enormibus suis postulationibus nos eo perducere conatur, ut ad illarum expletionem avertendam Scaldis claustra rescindere spontaneâ oblatione polliceamur; quâ pollicitatione acceptâ, et postulationibus, quae deseri poterunt, reciprocâ indulgentiâ suppressis, nobis, tanquam ad incitas redactis, magno favore et beneficio gratificari videri volent nihilominus (165).

Ve-

(165) Praeter ea quae modo citavimus, haecce continet Epist. laudata, quae finitur sequentibus: „ Edog dit alles zijn maar gissingen en speculatien van mij, die misschien geheel ongegrond „ zijn. Want thans is 't geen men Staatkunde noemt „ *een non ens.* Voorige Tractaaten gelden weinig „ of niet meer. Oude voorbeelden en verbintenis„ sen dienen nergens toe; alles hangt nu af van „ de bloote wil der groote Mogendheeden, die „ 300,000. argumenten te velde kunnen brengen, „ en daar door word alles, wat men te vooren „ onmogelijk beschouwde, mogelijk; mogelijk niet al„ leen, maar op 't onverwagts weesenlijk en waar; „ en dan weet God, waar het met ons heen zal." „ Ik beschouwe den Staat van ons land thans

 „ veel

Verum enim vero inestne his tantum certi, quantum ponderis? Sibine satis cavit mens sollicita, ne vanae jactantiae veri speciem tribueret? Jamne instaret adhuc adeo latentis propositi exsecutio (166)? Quantos motus excitare potest id quod ad suos retulit legatus, sive omnino verum seu minus indubium sit! Quam amara erit hoc casu culpatio! Ulterius itaque in rem inquirendum; ea, quae comperit, tentamini subjicienda; quo facto auctori supradicto accedit alter ejusdem va-

„ veel erger, als in 't jaar van 72. der voorige
„ eeuw: toen wisten wij ten minsten wie onze
„ Vrienden, en wie onze Vijanden waren; thans
„ weeten wij het waaragtig niet. Wij hebben nu
„ met zeekerheid geene hulp, daar wij op bou-
„ wen kunnen, als op de goede *Voorsienigheid*
„ en op die magt, die inwendige rust, volkomen
„ eendragt, en daaruit spruitende Cordate besluyten
„ kunnen doen gebooren worden:

„ De goede God neige daartoe alle harten en
„ redde ten derde maale ons lieve Vaderland uit
„ deeze bekommerlijke tijden!"

(166) E litteris a Comite, anno 1783, die 3 Sept. datis Ordines jam intellexerant, aulae Austriacae oblatum fuisse scriptum de ratione Scaldis liberandi, duosque architecturae militaris peritos homines missum iri, qui fluvium nostrasque ad eum munitiones recognoscant.

valoris; immo adhuc majoris. Comiti mentis e facie cognoscendae pergnaro litteris et voce annunciatur absque ulla circumspectione prolatum: *Scaldim claustris eripere conamur. Illos hâc in re facillimos experiemur. Sibi gratulabuntur, si nos hâc indulgentiâ pacare potuerint* (167).

Nemo jam est, qui nos temeritatis suspectos habeat, quod ope instrumentorum nostris usibus concessorum, cum proximam sectionem ab-

(167) *Miss. van den Graaf* VAN WASSENAER, 1784, *Mei* 19. cui epistolae litterae, ad nostrum illum legatum perlatae, annexae fuerunt, quarum potiorem partem his jungendam ducimus. En eam: *En vous suppliant d'excuser la liberté, quae j'ai prise de vous incommoder, Monsieur, de venir à ma Loge, pour pouvoir vous faire un plus ample recit au sujet de ma Commission, j'ai l'honneur de vous assurer en attendant, que, quoique à la verité je n'ai pas été à même d'entrer tout à fait en matière, au moins est il sûr, que l'Escaut est le but principal auquel l'on vise. La réponse la plus positive, que j'ai pu avoir, étoit: nous nous flattons qu'ils l'offriront eux-mêmes, et qu'ils se tiendront heureux d'en être quitte à ce prix* —— ROMBERG *est un riche Négociant de Bruxelles, qui est ici pour des affaires de Commerce.* —— *Voila tout le fruit que j'ai pu tirer de ma visite, etc.*

absolveremus, dategisse nobis visi fuerimus, ante Augusti diem 25. nihil actum, nisi quod ad veram Austriacorum intentionem nostratium oculis subtrahendam esset excogitatum.

Mox ab accepta postulatione definitiva, sive, ut ajunt, ultimata, nostri ad conventum delegati oblato scripto declaraverant, utramque partem pacto Monasteriensi obligari certo certius, et reipublicae nunquam fore imputandum, si gentes, quarum res agebantur, annunciati propositi consecutionibus a se invicem abalienarentur (168). Ordines Generales suam rem sic egerunt, ut illico decernerent, ad Imperatoris notitiam perlatum iri, se confidere, Principem magnanimum perinde ac augustum haud perstiturum in petitione, cui aures nunquam praebuissent nec praebere possent propitias. Caesareae suae Majestatis verba ab ipsis haud ulterius extenderentur, quam ad fluvii partem inter Antwerpiam et vicum Doel; illam enim

iis

(168) *Miss. van de Minist. Plenipotent.* 1784. Aug. 24. et *Resol. van HH. Hoogmog.* *Aug.* 25.

his verbis significari autumabant, quae ad Scaldis ostia pertinere non judicabant.

Hujus decreti cum primo Ministro (169) 7 Sept. communicati occasione is utebatur, ut secunda vice, verbis fere iisdem, quibus antea, declararet, primum ictum Lilloensium in naves, quae vectigal solvere nollent, ab Imperatore belli inferendi significationem habitum iri (170). Ordinum decreto respondentes Au- 17 Sept. striaci irrisionis nomine insigniebant explicationem verborum, quibus usus erat Imperator. Se interim sperare testabantur, ejus moderationem morosa aeque ac vana victuram esse praejudicia (*le caprice de vains prejugés* (171). Or-

(169) *Resol. van HH. Hoogmog.*, 1784. *Aug.* 30. et MARTENS, *l. l. pag.* 103—106.

(170) *Misf. van de Minist. Plenipot*, 1784. *Sept.* 8., ad cujus epistolae finem haecce: „ Deeze „ zaak neemen wij allereerbiedigst de vrijheid om „ ter kennis van U. H. Ed. gestr. — den Griffier FAGEL — te brengen, en te gelijk in bedenking te geeven, of HH. Hoogmóg. niet „ zouden kunnen goedvinden, om aan den Commandant van Lillo onder de hand of anderzints „ zoodanige orders te geeven, die soo veel mogelijk diergelijke swaarwigtige gevolgen zouden kunnen voorkomen."

(171) *Misf. der Minist.* 1784. *Sept.* 17. MARTENS, *pag.* 106—109, ubi error circa diem, quo hoc datum fuit responsum.

Ordines porro susceperunt laborem explicandi, quanti ponderis esset Articulus XIV pacti Monasteriensis (172). Antequam vero primus Minister rogatum occasionem illius scripti tradendi praeberet, annunciabat, jussum esse, ut intra triduum Antwerpiâ per Scaldim rectâ in mare navigaretur; quâ de re Wassenarius annunciaverat, Imperatorem Principi Kaunitzio die 25. Augusti disertis verbis injunxisse, ut illam navigationem instituendam curaret. Nostrates quidvis moliri, ut ea per aliquot dies differretur, sed Primus Minister usque asserebat, se nullâ auctoritate ad ejusmodi retardationem munitum esse (173).

Saepius relatum erat, naves e mari Antwerpiam petituras, ac nominatim quatuor Indico commercio inservientes, quae ex adverso Ostendae ancoras demiserant, et impensis mercatorum Antwerpiensium ad iter suum erant instructae (174) Aliunde nunciabatur, navigium Ant-

(172) *Resol. van HH. Hoogmog.* 1784. *Sept.* 24.

(173) *Miss. van den Graaf* VAN WASSENAER, 1784. *Sept.* 27. *Miss. der Minist. Oct.* 5 et 6.

(174) Quatuor naves mercatorum Antwerpiensium Indico commercio occupatae, atque ad portum aliquem Belgii Austriaci tendentes! Nonne hinc satis intelligimus, jam annum et amplius fuisse, ex quo Caesarea sua Majestas sibi persuaserat, Ordines illi novitati facile consensuros esse.

Antwerpiâ jam jam secundo flumine versus mare decursurum (175).

Hisce Ordines se tandem senserant excitatos, ut stationis Vlissinganae praefecto Reynstio, juberent, evitatis omnibus, quae Austriacorum vexillo maritimo contumeliosa possent existimari, nihilominus Scaldim, portum Gandavi, sinum Slusanum, etc. curâ efficaci, nomine reipublicae, secundum pacti Monasteriensis Articulum XIV, usque claudere (176). 26 Aug.

Sive interim declarationes per Belgii Austriaci rectores et legatum Imperatoris factae, sive animadversiones Comitis Vergennii (177), quod perquam probabile est, Ordinum animos nonnihil depresserint, Reynstio illi novis mandatis injunctum fuit, ut ne tormentis suis bellicis illâ in re uteretur (178). 7 Oct.

Post festum in Vlissinganam stationem pervenit nuncius, qui illa mandata ferebat. Explosum jam erat tormentum, atque ad rem ip-

(175) *Secr. Resol. van HH. Hoogmog.* 1784, *Aug.* 10. et *Jul.* 29.

(176) *Resolutien van HH. Hoogmog.* 1784, *Aug.* 26.

(177) *Secr. Resol. van HH. Hoogmog.* 1784, *Oct.* 4.

(178) *Resol. van HH. Hoogmog.* 1784. *Oct.* 26.

ipsam haud attinet dicere, qua ratione adhibita vis, quantum fieri posset, lenita fuerit.

9 Oct. Illico ad Imperatorem missus fuit nuncius, qui eum de ictu, quem nostrates sibi permisissent, certiorem faceret. Ordinum querelae paulo postea ad Primum Ministrum perlatae.

14 Oct. Conatus adverso Scaldi introrsum navigandi, post impeditum conatum mare secundo flumine petendi, eadem ratione fuit inhibitus. Novae Ordinum querelae haud secus ac anteriores fuerunt repositae. Conventus tandem abruptus; nostrates illinc revocati insalutatis Austriacis redierunt. Utraque pars cum suis amicis communicavit, quid accidisset (179). In-

(179) Varius est modus, quo bona causa perquam gnaviter defendatur. Quod facile observaverit, qui sequens legere voluerit colloquium, quod, aeque ac aliud supra enarratum, plura habet, quae attendi haud erit inutile. Incidit Vindobonae, die 23. Octob. anno 1784, inter legatum Gallicum et Josephi Ministrum, quem mox indicant sequentia:

Le Prince DE KAUNITZ *prit Monsieur* DE NOAILLES *un peu à part, mais presque au milieu de la salle de compagnie, où il y avoit beaucoup de monde et lui dit: je vous dois communiquer, Monsieur l'Ambassadeur, que sa Majesté a ordonné à son Ministre à la Haye, d'en partir sans prendre congé, et qu'Elle a l'intention de rassembler* 80,000. *hommes aux Pais-bas, pour*

Infelix illud adversus Britannos bellum, cujus *pag.* 197. *et seqq.* meminimus, arctissime conjunxerat historiam Galliae et reipublicae, quae Gal-

pour se venger de l'insulte que les Hollandois viennent de lui faire.

NOAILLES *répondit: Mon Prince! je n'ai aucune espèce d'ordre de ma Cour à cet égard, je ne puis que penser et juger d'après les pièces qui paroissent en public, n'en ayant pas d'autres. Et s'il m'est permis d'observer d'après l'Extrait des Resolutions de L. H. P. du 9 Octobre, qui est une pièce véridique et authentique, je ne vois pas encore qu'il y ait une insulte à venger. L. H. P. s'expriment toujours dans les termes les plus mésurés pour la dignité de S. M. Imp. Le Brigantin, qui descendoit l'Escaut, n'étoit qu'un bâtiment marchand, chargé d'eau de vie, destiné pour Duynkerke. Il a refusé d'amener devant une Fregatte de guerre de la Republique, stationnée dans les eaux qui appartiennent indisputablement à la Republique. Il a donc refusé ce à quoi il étoit obligé selon toutes les loix du Code Maritime et selon l'usage constant de toutes les nations du monde; ainsi la conduite du vaisseau de guerre ne sauroit être regardée comme une insulte.*

Le Prince DE KAUNITZ *répondit: Monsieur l'Ambassadeur! ce langage me surprend beaucoup. Il pourroit être placé, (ou bien) il ne m'étonneroit pas, dans la bouche de Monsieur le Comte*

iis abhinc amicis usa fuit, etsi id non nisi neglectis aut rescissis omnibus fere antiquioribus foederibus posset fieri. Bellum id memo-

WASSENAER; *mais de Votre part je ne m'y attendois pas.*

NOAILLES *répondit: Mon Prince! je ne parle que d'après la coutume généralement reçue de tous les tems entre les vaisseaux de guerre et les simples vaisseaux marchands.*

Le Prince DE KAUNITZ *répondit: Mais, Monsieur! le Capitaine du Brigantin a montré un ordre par écrit de sa Majesté.*

A ceci Monsieur DE NOAILLES *ne répondit rien, (par ce qu'il y eût trop à dire). Le Prince* DE KAUNITZ *reprit: je n'aurois pas cru, que L. H. P. auroient été aussi imprudentes; je m'attendois bien à des protestations de leur part, mais cependant qu'elles auroient laissé passer le vaisseau.*

Monsieur DE NOAILLES *répliqua: Mon Prince! vous voudrez bien vous rappeller, que L. H. P. ont déclaré d'avance positivement que cela leur étoit impossible.*

Le Prince DE KAUNITZ *répondit: Ils allèguent toujours leur Constitution pour excuser les lenteurs qu'Ils emploient sans cela; et à présent Je ne conçois pas la précipitation avec laquelle Ils ont agi.*

Monsieur DE NOAILLES *reprit: Mon Prince! je puis très bien expliquer ceci. C'est que dans le*

morantes observavimus, civitatem nostram dudum inter duas partes divisam fuisse; quarum opiniones anteriores eo, quo dicimus, tempore invicem commutarentur, ut ea pars, quae olim pacis studiosissima, tunc patriae jura immoderato ardore defendens, Brittannos reipublicae redderet infestissimos, quod commercio Hollandico et coloniis periculosissimum.

Immensa mercatorum nostrorum damna avertere minus valentes, Galli nobis tamen in coloniis recuperandis aut conservandis satis utiles fuerant. Rerum Anglicarum moderatione in pacificum illum Foxium devolutâ, et pace nostratibus etiam oblatâ, hi eam separatim ferire noluerunt; quippe quibus Galli disertis verbis promitterent, se suas res a nostris nunquam 1782. 1 Julii.

le cas actuel Ils n'avoient à agir que d'après les Loix anciennes et établies.

La Conversation finit là tout à coup, et probablement d'autres ont pû l'entendre, puis qu'on est obligé de parler un peu haut et même de répéter, pour se faire entendre du Prince, et que Monsieur DE NOAILLES *n'a pas ménagé sa voix.*

D'après cette conversation, M. DE NOAILLES *a expédié le lendemain matin dimanche son Ecuyer en Courrier à sa Cour, avec ordre de faire toute la diligence possible.*

quam separaturos et reipublicae commoda ho-
12 Julii. noremque indesinente cura tuituros (180).

His promissis saepe absque ulla exceptione repetitis, nostrates haudquaquam praeviderunt, Vergennium tandem declaraturum: *pacem a Rege suo signatum neutiquam iri, nisi respublica cum hoste quoque esset pacata; Regem tamen sperare, nostrates huic proposito eum in modum haud innixuros, ut pacificationem minus necessaria retardatione distinerent; et se rebus componendis subtraherent, cum palam evasisset, iis de melioribus pacis conditionibus obtinendis esse desperandum* (181).

Inter novam declarationem ejusdem generis, et mutuum pacis negotium a Gallis, Hispanis et Brittannis ad finem perductum, nostris ad illud negotium delegatis tempus vix suppetebat, quo nova sibi jussa Haga Comitum Lutetiam arcesserent. His die 28. Augusti illuc missis et brevi ad eos perlatis, Vergennio denuo demonstrarunt, quam durae in-

(180) *Miss. van den Ambasfadeur* LESTEVENON VAN BERKENROODE, 1782, *Julii* 14. *Miss. van* LESTEVENON en BRANTSEN, *Oct.* 3. *Decemb.* 11.

(181) *Miss. van den Ambasfad.* BRANTSEN, 1783, *Mei* 3.

iniustaeque essent conditiones nobis a Brittannis impositae, et quantopere dignitas reipublicae iis laederetur. Multifariis argumentis Gallum permovere conabantur, qui se ad leniores pacis leges nobis procurandas accingeret. Is vero cuncta eam in rem jam facta memorabat, et opem nobis durante bello a suo Rege latam, unde liqueret, quam bene sua Majestas Christianissima erga nostram civitatem esset affecta; *Respublica vero*, sic insuper Vergennius, *arma sua segnius expedieerat, quamobrem belli aleam minus faventem habuerat, hostisque ei antiquum illud: vae victis! usque occinebat. Anno 1763 Gallia se pariter coactam viderat, quae duras conditiones sibi ab Anglis praescriptas acciperet. Id interim ejus dignitati vix aut ne vix quidem nocuerat, gente se parante, quae sortem aeque infaustam, novo quopiam bello exardescente, a se propelleret.*

Ipse pacis ad finem perducendae momentum quovis modo retardaverat, aulaeque Londinensi saepius seria declaratione annunciaverat, res componi haud posse, nisi reipublicae pax aequis etiam afferretur conditionibus. Jam vero Europa eo in statu versabatur, caeterique Gallorum in bello socii pacis negotium tantopere urgebant, eamque suis

suis tam necessariam arbitratus erat Rex, ut se haud abstinere potuisset a constituendo die, quo res plenissime terminaretur.

Brevi jam tempore intermedio, quod superesset, Comes se ajebat usurum ad postremum quempiam conatum, de cujus tamen successu ipsi spes inesset exigua.

Antequam ad conceptos pacti praeliminaris Articulos cum Brittannorum legato relegendos accederent nostrates, eos in suo apographo lenire non neglexerunt; at legatus ille (Dux Mancestriae) sibi quam disertissime praeceptum esse affirmabat, ut earum, quae nostratibus proposuisset, rerum nil mutaret. Articulis relectis tam vehementer fuit disputatum, ut omne pacis negotium abruptum iri videretur. Tandem vero Articuli definite constituti fuerunt. Quo facto, nostrates professi sunt desiderium, pacem ipsam iis conditionibus faciendi; legatum vero omni suâ operâ, omnibusque argumentis ad persuadendum aptis, haud ulterius movere potuerunt, quam ut de eorum desiderio ad aulam Londinensem relatum iri promitteret. Nostratibus nil restabat, quam conditiones praeliminares, quas relegerant, aut repudiare aut signare; quare ita comparatis rebus signare non amplius dubitarunt (182). Uti

(182) *Miss. van de Ambassad.* LESTEVENON en BRANTSEN, 1783. *Sept.* 3.

Uti Vergennius declaraverat, Regem suum ipso rerum statu, in quo Europa tum maxime versabatur, ad pacem fuisse permotum; sic Ordinum legati actum, ad quem tandem accesserant, plurimarum rerum conjunctioni tribuerunt; quam vel ideo infaustam dixeris, quod illum actum produxit. Eratque tunc reipublicae conditio certo valde miseranda. Bellum damnosum male gestum, reipublicae propugnaculum exterius (*Barrière*) a Principe destructum initio, qui nobis minari non cessabat, promissa certissima interpretationibus labefacta. Angli ab omni pacto de commercio non minus alienos se ostendebant, atque ab explendo desiderio nostratium de pace plenissimo. Rebus sic se habentibus Articuli illi praeliminares signati et cum Austriacis litigari fuit coeptum.

Internus patriae status eo tempore mihi, illinc longius remoto, ob aetatem aliasque caussas innumeras, explicitu difficillimus (183). Si-

(183) Primam hujus dissertationis partem jam satis elaboratam ducens, meque adeo ad secundam convertens, coepi mente volvere, quod inter illum laborem intellexeram, pluribus instrumentorum politicorum collectionibus multa, immo hic illic vel ea, deesse, quae maximi momenti. Quibus collectionibus aliquatenus supplendis operosam suscepi in-

Sicut pauca, quibus discordiam tunc flagrantem supra tetigi, sufficere non videntur, is testes audiat oculatos, neque contemnendos, qui eam paucis hac ratione delinearunt: *Internam harum regionum conditionem intuentes Ordines dolent, sibi esse confitendum, civitatem jam pluribus annis vehementer agitari et turbari murmuratione et diffidentiâ, quae civium classes insigniores perinde ac viliores infecit* (184).

Immo quicunque paulo ulterius in rem penetraverit assensum denegare vix poterit sententiae a viro, qui reipublicae commoda in aulâ Pe- [illegible] ters- quisitionem, quâ libellum hunc immutatâ et ampliori prorsus ratione concinnare coactus fui. Nominatim nonnihil de civitate discordiis turbatâ inferendum judicavi; sed arcana horum temporum historia — et quidni partium studium multos ad actus clandestinos incitet, temporumque ejusmodi delineationi, quae rebus propalam gestis inhaereat, diffidendum sit? — arcana horum temporum historia, et rerum nexus mutuus, illustrari adhuc nimis necesse habent. Leviore manu si tetigeris, rem satis inutilem fecisse videberis. At quando lux, quâ indigent, iis reapse poterit affundi?

(184) Videsis litteras, quibus Ordines Generales, die 30. Octob. 1784, respondere decreverunt epistolae a Borussorum Rege eodem anno, die 19. Martii, ad ipsos datae.

resurgendi curabat, prolatae: *haudquaquam posuisse dubitari, quin Josephus suo proposito bene speraverit e mutuis dissidiis et reipublicae statu per vim turbato, unde quidpiam lucrari voluerit, sibi persuasum habens, hanc illamve civium partem belli metu ipsi praebituram esse manum satis auxiliarem* (185). Attamen hujus sententiae judicium penes eos esto, qui illis diebus vixerunt. Nos de verbis allatis ultra nil observamus, nisi scriptorem, quo tempore ea chartae mandaret, fere solius tormenti in Scaldi explosi conscium fuisse, atque illinc collegisse, civium partes diversas sese ad rempublicam tuendam esse conjuncturos.

Ante actum, qui aliis quoque hominibus id 1784.
demonstrare videbatur, Ordines Generales sum- 15 Apr.
mum exercitus ducem jusserant, locis munitis in finibus praesidia, quae exiguus copiarum numerus illuc mitti pateretur, reapse imponere (186). Mense proximo ejusdem generis decretum no- 7 Maji.
minatim ad fines Brabantiae et Flandriae relatum fuerat. In Senatu praesens Arausius Princeps petierat, ut exercitus delectu, qui bello instante haberi solebat, augeretur; siquidem omnibus

(185) *Miss. van den Resident* J. J. DE SWART, 1784. *Oct.* 22.

(186) *Secr. Not. van HH. Hoogmog.* 1784, *Apr.* 15.

bus reipublicae propugnaculis necessaria praesidia suppeditare neutiquam valeret; quam ob rem delectu illo nil potius esset habendum, et curandum, ut locis quibus periculum immineret, quantocius posset succurri. Haec Principis petitio commissa fuit senatoribus certis, qui eam examinarent (187). Lentitudo in capiendis consiliis, animorumque vacillatio, discordia fovebatur et suspicionibus.

Ordines Hollandiae supremum exercitus ducem interrogarunt, quibus de causis ante diem 7 Maji, quo fines justis praesidiis munire decretum, illuc paucos adeo milites misisset. Quibus respondere haud dubitavit Princeps, 1°. id factum ne a mandatis pacis desiderium significantibus, quae die 15 Aprilis ad ipsum pervenerant, longius discederet; rumore, quo tanquam ad bellum proclivior diffamabatur, ipsum ab omnibus dehortante, unde eadem, quae ipsi imputabantur, etiam ab Austriaci Belgii moderatoribus possent colligi; 2°. sibi minus certum videri, quaenam finium pars prae caeteris periclitaretur, et reputandum esse, milites, in nostras Flandriae et Brabantiae partes ablegatos, illinc haud facile versus alios reipubli-

(187) *Secr. Resol. der Stat. Gen.* 1784. *Mei* 7.

bellicae fines, quos hostis adoriri posset, munitum duci iri (188).

Postulatione definitiva, qua Imperator Scaldim sibi jam facto apertum videri declaraverat, ad Ordines perlata, Princeps, ante decisionem 26 Aug. de rogatis florenis 467,800, monitum fecit de sufficientia copiarum in quaevis casum paratarum. Eodem tempore viro, illi quem Vlissingae stationis navibus bellicis praefecimus, injunctum fuit, ut partem Monasteriensis articulum XIV vindicare, si quam primum certo indicio belli aleam tentari comperisset, hostibus hostilia intentare (189). Sequente mense abhinc eadem jussu classi in mari Mediterraneo decurrenti missa fuere (190).

Die Nov. 26. Princeps retulit, exercitum numero tam exiguum esse, ut patriae defensionem praestare nequiret, cum pleraeque provinciae copias in suo solo versantes dimittere nollent, loco muniti in finibus praesidiorum parati, ... ad ... componendos necessaria, ...

(188) *Secr. Resol. van Holland*, loco in annotatione 149 citato.

(189) *Secr. Resol. van HH. Hoogmog.* 1784. *Aug.* 26.

(190) *Secr. Resol. van HH. Hoogmog.* 1784. *Oct.* 12.

denentur. Eâdem declaratione functus fuit Princeps post novem menſes et amplius, et tunc demum praefecti diverſis exercitus partibus fuere deſignati (192).

Complures aliarum nationum homines ſe ad milites hinc illinc, praeſertim e Gallia, colligendos obtulere; et Gallorum Rege conſcio Comes de Maillebois invitatus fuit, qui Reipublicae ſtipendia faceret. In conditionibus, quibus conſentientem ſe praebuit, fuit et haec: Legio ter mille peditum, equitum etc. ante diem 15 Septembris anni 1785 colligi debuit et armis inſtrui, licet de ea haud ante proximum Aprilis menſem convenisset. Helvetiorum militum mercenariorum numerus augebatur, et cum variis Principibus Germanicis de cohortibus agebatur, quae ex eorum copiis in noſtras regiones militatum diſcederent.

Animadvertendum, pactum cum Maximiliano Francisco Austriaco Archiduce initum. Agebat hic illis in re, tamquam Elector Colonienſis, Episcopus Monaſterienſis, et ſupremus Ordinis Teutonici Magiſter, qui vocabatur; immo, ſi ſtante pacto alia inſuper dignitate mactaretur, ejus itidem rationem habitum iri fuit ſtipula-

tum,

(192) *Secr. Reſol. van HH. Hoogmag.* 1784. *Nov.* 26, 1785. *Febr.* 4. *Sept.* 12 *et* 14.

tum. Ex pacto nobis concederet aliquot cohortes, quarum adversus Imperatorem et Germanicum Imperium nullus impune esset usus, nisi ipso peculiariter annuente et auctoritatem dante; sin vero Imperator cum externo aliquo socio conjunctus adversus nos bellaret, copiae nobis concessae tum copiis illius socii possent opponi et in aciem adduci. Sese nulla arma adversus Rempublicam expeditionem promittebat princeps ille Coloniensis et Monasteriensis (192).

Vel cum longius dissitis Suecis, de exercitu nostro aliquot hominum millibus ex illa gente augendo, agebatur. Cui negotio copiosius tractando locum aptiorem praebebunt sequentia.

Omnia haecce consilia periculo jam urgente capta fuerunt, licet transactiones, quae tunc agebantur, quod facile praevisum, sat brevi temporis intervallo perfici non possent.

Nobis jam sit inquirendum, quid a potentioribus Europae Principibus sperare potuerit respublica et quos adierit; sed quo rectius haec [illegible] dis-

(192) Quo tempore primum ad transigendum accederetur, nobiscum agere nolebat princeps, nisi tanquam Episcopatus Monasteriensis antistes. Eumque, ulterius obligare, hoc opus hic labor erat. Vid. *Miss. van den gezant* VAN LANDSBERGEN, et *Secr. Resol. van HH. Hoogmog.* 1784. *Oct.* 11, 24, *Nov.* 3, 10.

disquiramus, videndum, quibus diversarum gentium rectoribus Josephus, lite de Scaldi flagrante, aliis aliter faventibus usus fuerit, et quosnam contra id res, quas proximis ante illam litem annis gesserat, ad nostram partem propensiores reddiderint.

1779. 13 Maji. Pax Teschensis bellum composuit, quo parum sanguinis effusum, cujus vero causae et effectus satis graves fuerunt. Electore Bavaro, Maximiliano Josepho, ipso fine anni 1777 obeunte, ejus imperium ad Electorem Palatinum venit. Hic, aetate jam provecta et legitima prole carens, nothos ditare conabatur, et de rebus huic consilio increscentibus jam ante cum Imperatore Josepho, ejusque matre, egerat, quum Maximilianus ille Josephus decedebat.

Quo defuncto pactum, quod jam in promptu erat, mox signatum est; cujus articulo VI di-
1778. 3 Jan. ferta dominii Bavarici cum alio commutandi mentio facta fuit.

Haud diu abhinc erat, cum Imperator terris illo pacto sibi acquisitis manum armatam immisceret. Negotio perficiendo deerat consensus Du-

ducis Bipontini, novo Electori Carolo Theodoro probabiliter successuri, quem consensum leges imperii et stipulationes inter Principes consanguineos tam necessarium reddebant, ut, eo deficiente, nulla pacto vis inesset et firmitas. Omnes factum indignabantur, dimidiam fere Bavariae partem occupaverat Josephus; reliqua dominiis ejus hereditariis eum in modum circumdabantur, ut Electori omnis libertas prorsus periret, ni pacti illo articulo VI. usus, quidquid adhuc possideret, cum aliâ possessione commutaret, quam ei Imperator in Belgio suo designasse videbatur.

Omnium tunc oculi in Borussorum Regem intenti, qui per complures annos sine ullo belli metu imperium rexerat, sed mentem sagacem nihilominus ab Europae rebus politicis haud averterat. Hoc heroe excitatus dux Bipontinus suum jus palam vindicare, seque nil concessu- 16 Mart.
rum spondere, ni consentiret Fredericus, quem ipsi adversus Austriacos opem laturum erat con- 28 Mart.
stitutum.

Maria Theresia et Fredericus pari studio pacis rem amicâ ratione expedire conati sunt; sed omne id negotium tandem fuit interruptum, et 3 Juli.
principe Henrico adjutus, Borussorum Rex, ingentem eduxit exercitum adversus Josephum et supremum copiarum Austriacarum ducem La-

cyum. Saepius partium diversarum ductores pacis instauranda rationem quaesiverunt, quibus eâ in re adjuvabat intercessio a Gallis et Russis. Illi lite primum flagrante utrique se auxilii petendi causâ ad Gallos converterunt, hi pacto Monasteriensi freti, illi foedere anni 1756, de quo supra diximus. Sed Galli, qui perniciosam illam litem insuper multas ob causas componi, Germaniamque a bello sartum tectum haberi desiderabant, inter utramque partem medii haerebant. Ad pacem, natali Imperatoris die factam, multa quoque contulit Imperatrix, cui Russia tum parebat. Negotium cum Caesare
1779. Ottomannico paulo ante ad finem perductum
21 Mart. Catharinae potestatem quominus consiliorum agitandorum et perficiendorum afferebat, quas si huic illive parti auxiliares praebuisset partis adjutae vires, tanto subsidio augere potuisset, ut ea praevaleret.

Hoc tempore Borussiae Rex et Russiae Imperatrix magna fuit animorum alienatio, atque in Frederici locum penes Catharinam successit Josephus.

1774. Post factam pacem Kaynardgensem Freder-
21 Jul. cus Catharinam invitaverat ad societatem cum Polonis et Turcis, et secum ineundam, quâ sibi invicem de conservandis suis possessionibus sponderent et pax in Europae plagâ orientali sta-

ſtabiliretur. Illi vero reſponſum fuerat, pacem modo factam vix induciarum loco haberi, atque inde ad altiora adſcenſum iri videri. Contra, Rusſorum armis Austriacae domus conatus adjuvantibus, hujus dominio haud exiguum a a Turcis incrementum accesſerat, quo ſeductus Joſephus, inde a pace Tesſchenſi, avidos oculos in orientem converterat, illuc tendebant conſilia tum vindobonenſae, tum Petropolitanae aulae.

Aulae Constantinopolitanae pax illa Kaynardgenſis (193) tantopere displicebat, ut ejus exſe-

(193) Liceat mihi hic paulisper a disſertationis argumento discedere et periculum facere illustrandae rei hiſtoricae quae adhuc in obscuro latet.

Pacto Kaynardgenſi duas ſtipulationes arcanas inſertas fuisſe docet Articulus I, Scriptionis Gallis ſuasoribus compoſitae et inſcriptae *Convention explicative*. Illarum ſtipulationum alteram ad belli ſumtus Rusſiae reſtituendos pertinuisſe, auctore SCHOELLIO *l. l.* XIV. *p.* 434 et 435. Ex opere, quod RESMI ACHMED EFFENDI concinnavit, colligerunt politici. Rei lucem aliqnam affundere et Turcae illius relationem jactabundam propius ad veritatem revocare ſtudentes apponamus haec e Belgici ad Aulam Ottomannicam legati epistolis:

„ Het is ook geen gering voordeel voor Rus-
„ land geweest om door het 1e. der 2. geheime

„ art.

exſecutio mox, quantum fieri posſet retardaretur, atque impediretur. Tauris a Turcis in poſterum libera, Rusſicae mercaturae procuratores (*Conſuls*) in Walachia, Moldavia, et per

„ art. die bij het Tractaat (van Kainardgi) ge-
„ voegd zijn, 15000. Beurzen voor de kosten van
„ den oorlog, die door de Turken begonnen was,
„ te bedingen, en zoo traag en ongezind de Por-
„ ta zig in 't eerst hield om aan dien art. te
„ voldoen, ſoo zorgvuldig is zij zeedert de Con-
„ ventie, die dat punt nader bevestigd heeft, om
„ dat geld ſtiptelijk op de geſetten termijnen te be-
„ talen. De Heer KIRCHBAUM, die kort na de
„ Conventie van 1779. door het Hof van Rusland
„ herwaarts was gezonden geworden, om dat be-
„ wuste geld hetgeen de Porta in gevolge het Trac-
„ taat van Kaynardgy gehouden was aan Rus-
„ land te betalen, en hetwelk zij bij het ſluiten
„ van de gemelde Conventie nader aangenomen
„ had binnen 6 jaren te voldoen, overtemaaken,
„ is ook deezer dagen aller onverwagtst gerappel-
„ leert geworden, men gist dat de Heer BOUL-
„ GAKOFF belast zal worden met de overmaking
„ van de voorzeide penningen, dewelke nog tot
„ 1785. duuren moet." *Miſſ. van den Ambasſad.* VAN HAEFTEN, 1782, *Juny* 8, 1783, *Mey* 29.

„ Thans heeft MOLDAVIE ook van HOSPODAR ver-
„ andert, zijnde de Prins CONSTANTYN MURUSI
„ eergisteren door de Porta uit dat Vorſtendom ge-
„ zet

per omnem, qui vocabatur, Archipelagum, liberaque in Ponto Euxino navigatio — en pacis conditiones, quas Russia praesertim urgebat. Ottomanni vero easdem prae caeteris graves judicabant. Hinc infinitae disceptationes, unde multis belli jamjam renovandi, praesagium.

Gallorum consilia magnae apud Turcos erant auctoritatis, ut florentissimum inter Massilienses atque imperii Ottomannici subditos commercium Gallos movebat, ut vastis moliminibus, quae Ca-

„ zet en door ALEXANDER MAVROCORDATO opgevolgd geworden.

„ In 't openbaar word gezegt, dat hij d'intrigues „ zijner benijders niet langer konnende weêrstaan, „ zijn rappel gevraagd heeft, dog zulks word waar „ of onwaar altijd gezegd om die veranderingen „ zoo dezelven het Hof van Rusland mishagen, „ daar meede te kunnen bewimpelen, hebbende de „ Porta zig bij de laatste vreede verbonden om de „ de Prinsen van MOLDAVIE en WALLACHIE als „ meede hunne Familien zonder eenige wettige reedenen niet af te zetten, en hen hun leven lang, „ in het bezit dier Vorstendommen te laten; men „ vind dien art. niet in het Tractraat van Kainardgi; maar in een brief welke de toenmalige „ groot Visier op dat subject aan de Veldmaarschalk „ Graaf van ROMANZOF geschreeven heeft." *Miss. van den Ambassad.* VAN HAEFTEN, *Pera* 1782, *Juny* 10.

Catharina mente volvebat, obniterentur. Vergennius illuc eo magis inclinabat, quod conatuum ſcopus ipſique conatus paci favere cenſerentur. Gallico legato conciliatore de iis, quos diximus, procuratoribus in Walachiae et Moldaviae principatibus conſtituendis, agi fuit coeptum. Sed Rusſorum legatus Gallum magis magisque ſuſpectum habuit et procuratores illi non niſi postulatione, quae bellum minabatur, conſtituti fuerunt (194).

Hic loci recte nequit explicare quantopere procuratores illi Rusſicae Aulae conſilia promoverint. Nobis hic demonſtrandum, quo animo in ſe invicem esſent ii, qui minus barbaras Europae gentes regebant; cui demonſtrationi egregiam occaſionem praebet nova postulatio Rusſica exeunte anno 1782, Turcis ſignificata atque exigens: 1°. ut quidquid ad victum pertineret, absque ullo impedimento per Bosphorum Thracium posſet devehi atque ut Turcae iis accederent, qui inter bellantes medii arma coeperant, ne ab hâc illâve parte lacesſerentur; 2°. ut Walachiae et Moldaviae nova concederentur privilegia; ut Tartarorum res *omnino* intactas linquerent Ottomanni; quod pacto Kaynartgenſi pro-

(194) *Misſ. van den Ambasſad.* VAN HAEFTEN *uit Turkye* 1781, *Dec.* 24.

protinus contrarium. Addebatur, Imperatricem fidelem suum amicum et socium, Imperatorem Josephum, sollicitasse, qui Turcarum Autocratorem exhortaretur, ut postulationi Russicae aures faciles praeberet, eique satisfaceret (195).

His quoque postulationibus reapse pondus addebat Internuncius Austriacus, *quod Catharina ab Imperatore petierat, hic vero ob arctam, quae ei cum Imperatrice intercedebat, amicitiam, omittere non poterat, idcirco declarans, sibi quidquid illa postulaverat, cordi fore, sibi illique desideria esse cummunia, suaque referre quidquid illius interesset* (196).

Quam

(195) „ Maar het einde van deeze Memorie „ verdiend vooral eene bijzondere opmerking, be„ sluitende de Heer BOELGAKOF dezelve met deze „ sterke aandrang, dat zijn Souveraine, om ein„ delijk eens alle de punten, vervat in het laatste „ Tractaat vervuld te zien, haar toevlugt genoo„ men had tot Hoogst derzelver getrouwe Vriend „ en *Geallieerde* de Roomsch Keizer, om dien „ Vorst te verzoeken, zijne goede diensten te wil„ len aanwenden om het Turksc Hof tot de aan„ neeming en punctueele nakoming der voorzeide „ eischen ernstelijk aan te maanen." *Misf. van den Ambasfad.* VAN HAEFTEN, 1782, *Dec.* 29.

(196) *Misf. van den Ambasfad.* VAN HAEFTEN 1782. *Dec.* 29. *et* 1783. *Jan.* 25.

Quam primum Ottomanni illis postulationibus indulserant, iis obtrudebatur pactum de rebus mercatoriis in 81 articulos divisum, cui addebatur: *Imperatricem Russicam nihil esse remissuram.*

Cum de hoc pacto ageretur, fama ferebat, Tartaros, insulam Taman incolentes, rebellasse. Russicis legatis satrapem Turcicum accusantibus ac si rebellionem illam fovisset, Ottomanni affirmaverunt exemplum in illum hominem editum iri si criminis convinceretur; quo responso Imperatrix haud contenta fore videbatur, id insuper sollicitos habebat Turcas, quod soli Potemkenii rivales Paninius er Orloffius obierant; *Si quidem ambitiosus ille Potemkenius honori exercitus ducendi inhiare dicebatur.* Haud diu quoque erat cum aulae Constantinopolitanae annunciaretur, Tauridis Chanam (Principem) Peloponnesi, illius imperium Imperatrici cessisse, sive hunc, ut res aliis verbis exprimatur, omnes regiones Tartaricas suis possessionibus velle adjicere (197).

Ca-

(197) *Miss. van den Ambassad.* VAN HAEFTEN, 1783, *Mei* 29. *Juny* 25. Chanus ille SAHIN GHERAI Russicis omnino obtemperabat, cumque ad centuriatum in cohorte praetoriâ Preobasinskaniâ esset evectus amicos, lautis adeo epulis excipiebat, acsi novo principatu potitus fuisset.

Catharina Tauridem occupante pactum de 24 Junii. commercio signabatur et nulla, eâ de re, mentio facta est. Silentium illud per aliquot menses continuabatur, quo temporis intervallo Turcae utebantur, ut arma in hostem armatum expedirent. Angli vero et praesertim Galli sese belli averruncandi gratia inter illos sistebant medios.

Ex dictis aliquatenus conficere licet, quid Catharina sibi voluerit, quid vero Josephus? Illene exercitibus ad bellum paratis fines Ottomannicos obsidebat, ut suos a rapacibus Mauris defenderet, an vero ut pondus adderet minis, quibus liberam in Ponto Euxino navigationem fuit nactus, cum asseveraret, se Turcas bellum sibi inferentes existimaturum, si navim Austriacam, secundo Danubio versus hujus fluminis ostia tendentem, illic ab itinere persequendo prohibuissent? Ergone istiusmodi tantum rebus, tam multa impensa fuissent?

Conjecturis indulgere nolim, neque operosius inquirere, an augusti illi tantarum rerum moderatores deliberare potuerint, quâ potissimum ratione Turcos Europae expellerent, regiones, iis ademtas dividerent, atque imperium illud orientale hujus aevi Constantino donarent. Neque speraverim quidpiam certi ex oratione longa elicere, quam Reipublicae publicus pro-

curator penes aulam Russicam usurpavit, cum diceret: „Quod ad politicam rerum conditionem nil in comperto, nisi quod colligamus ex majori diligentiâ et studio in parandis rebus, ad bellum necessariis, postquam huc perlatum fuit Ottomannorum responsum ad postulationem ultimam hujus aulae. Conjecturâ perquam probabili statui potest, immo statuendum esse videtur, Imperatricem bellum cogitare; atque inter eam et Caesarem tantopere convenisse, ut de belli proventibus dividendis agi videatur, ni hae deliberationes ad finem jam sint perductae" (198).

Quis quaeso hic aliquid certi statuere conabitur? Rationes, quas Catharina cum Josepho contractas habuit tenebris obductae sunt; adeo ut scriptor satis clarus ausus fuerit in dubium vocare, eos sese anno 1783 ad mutuam defensionem obstrinxisse (199).

Hoc tamen certum est, Petropolitanum ministrum rerum externarum medio mense Junii
1783. illius anni, cum Borussico et Danico legato communicasse, amicitiam, quae Imperatricem et

(198) *Misf. van den Resident* DE SWART 1783. *Jan.* 17. Confer. *Misf. van den Graaf* VAN WASSENAER 1782. *Dec.* 25.

(199) SCHOELL *l. l.* XIV, *pag.* 453. *n. t.*

et Imperatorem Austriacum conjungeret, iis dudum excitasse desiderium mutuorum foederum et pactorum renovandorum, itaque hâc de re, frequens esse litterarum commercium, ab ipsis conscriptarum unde foedus enatum, quod foederi inter Imperatricem et Borussorum Danorumque Reges facto prorsus non adversaretur, sed ei congruum esset, mutuaeque defensioni inserviret et Turcarum consiliis esset oppositum. Pacto quoque Teschensi novum illud foedus nil derogare affirmabatur. (200).

Un-

(200) „ Jongstleeden woensdag heeft d'Heer Vice „ Canselier Graef OOSTERMAN in eene Conferentie „ aan de Ministers van Pruysschen en Denemar„ ken Ministerialiter bekent gemaakt, dat de Vriend„ schap en goede intelligentie, welke tussen de „ de Keizerin en den Roomschen Keizer subsisteer„ de, bij Haare Majesteiten al voor lang het re„ ciproque verlangen geinspireert hadde, om on„ derling haare *voorige liaisons en engagemen„ ten te vernieuwen;* dat Hoogstdezelye daar over „ met elkander *direct personneel* gecorrespondeert „ hebbende, deze Correspondentie van dat succes „ waare geweest, dat het werk daar door vol„ bragt was, en men dus over een gekoomen, en „ tot besluit gebragt hadde, eene alliantie, wel„ ke analogue was en niet derogeerde aan die, „ welke tussen dit Hoff en voornoemde Hoven sub„ sisteerde, dat deeze alliantie maar defensief en

 „ prin-

Unde vero repetenda causa, quod paucis adeo cognita fuerit illa foederum et pactorum renovatio, epistolarum a Josepho et Catharinâ propriis manibus exaratarum commercio effecta, et medio mense Junii anni 1783 cum iis, quos diximus communicata?

Ut hujus mensis primâ parte, aut incerto mense alio ante Junium, ad finem perductam fuisse oporteat. Ulterius enim rei gestae tempus non investigare posse videtur.

Anni superioris fine Imperatrix durissimas pacis constituendae conditiones Turcis praescribens, Austriacos etiam minantes habens adjutores, bellum vero nihilominus satis inevitabile ducens, ab Imperatore, si res ad arma rediret, opem rogaverat; ad quam ferendam Josephus arcanâ stipulatione sic obligatus esse videbatur, ut rogationi abnuere vix posset (201). Austriaci itaque continuo tormenta majora et quid-quid

„ principaal geschikt was, teegens de onderneemin„ gen der Turken, en dat verders het vreede Trac„ taat van Teschen daar bij in zijn geheel gelaa„ ten was." *Miss. van den Resident* J. J. DE SWART, 1783, *Juny* 27. *Miss. van den Ambassadeur* VAN HAEFTEN, 1783, *Nov.* 10.

(201) *Miss. van den Graaf* VAN WASSENAER 1782, *Nov.* 20. *Dec.* 7. *Dec.* 14.

quid ad bellum et copias alendas necessarium esset, versus imperii fines orientales miserunt, quo ipse tandem Imperator anno saepius memorato ad finem Aprilis ex improviso tetendit. 1783.

Tunc intellexit Kaunitzius, alumno suo de societatis Gallicae utilitate nondum satis esse persuasum; et si Josephus jam dolens, se erga Catharinam nimium fuisse indulgentem, illam a bello dehortatus fuerat, immo etiam hoc addiderat, esse sibi pacem necessario conservandam. Nonne contrarium portendebat illud iter? Kaunitzius sibi persuaserat, „frustra assertum iri, Imperatorem nullo arcano consilio, sed curiositate tantum ad illam profectionem fuisse excitatum; hujus famam per omnem Europam celebratam iri, forsan disertas quaestiones de Vindobonensis aulae consiliis eliciturum esse, quae sic evitandae, ut nihil supra. *Irrita vero illa cura provida Imperatore suae voluntati secundante*" (202).

Diuturna summaque Kaunitzii in politice rei Austriacae auctoritas et nexus antea inauditus, quem arte admirabili produxerat, omnibus potissimae sunt res quae menti obveniunt, quam primum aures novi illius Mentoris nomine percelluntur.

(202) *Miss. van den Graaf* VAN WASSENAER 1783, *Apr.* 23.

tur. Imperare nobis vix possumus, quin aulam illam, quamdiu Kaunitzius ibi suas partes agebat, versus Galliam inclinasse credamus. Huc certe ejus vota redibant, ideoque se a foedere Russico alienum demonstrabat, sed incassum, „ Josepho rem *suo* animo subigente, hujusque placitis," ut sagacissimi Wassenarii dicta repetamus, „ senis stomacho susque deque habito morem alacriter gerente."

Quod si tandem, quidquid supra minus certum judicavimus, susque deque habeatur, dicta Ministri Petropolitani *de mutuae defentionis foedere* inter Josephum atque aulam talem, qualis erat Russica adversus Gentem Turcicam! vix explicueris. Illa vero dicta mirari desines si reputaveris quot bella ignotâ caussâ, ignotisque primis auctoribus, gesta fuerint, quo perpensó haud indubium censebis, bello, quod prospicimus, majorem lucem affuturam.

Intellexeris facile, Borussorum regem Fredericum II. forti animo, rectoribus finitimorum Populorum fines proferre cogitantium consiliis obnixum fuisse. Hunc autem quidquid egerit, prompte perfecisse nemo ignorat; creditur que ad finem anni 1782, clandestinâ operâ, potitus fuisse exemplar stipulationum illarum arcanarum, de quibus jam tunc inter

Rus-

Rusſos et Austriacos clam convenerat. Harum igitur vim et effectus, qui necesſario conſequerentur, amplis expoſuisſe, litteris, et gentes belligerantes ad pacem cohortatum esſe.

Norunt omnes, eum, ex quo Brittanni illud ſeptem annorum bellum, pace cum Gallis ſeparatim factâ, compoſuerant, ſocis illis deficientibus haud quâquam favisſe. Nihilominus tamen indubitatum haberi ſolet, eum ultimo menſe illius anni 1782. cum duobus viris ex Angliâ, claudestinâ legatione ad eum accedentibus, de negotio, quod inter Rusſos et Auſtriacos circa res Ottomannicas tractaretur, et de conſiliis Imperatricis collocutum esſe (203). Galli haud neglexerunt Imperatorem disſuadere, ne arma adverſus Turcas ſusciperet, et Catharina aliquatenus dubitasſe videtur de Joſephi conſtantiâ (204). Attamen foedus illud mutuae defenſionis ireapſe locum habuit. 1762. 3 Nov.

Quamvis coram Borusſorum Rege afſermavit Rusſicus legatus, illo foedere amicitiae inter Fredericum et Catharinam nihil detrahi, tam

(203) *Misſ. van den Graaf* VAN WASSENAER 1782. *Dec.* 25. *Dec.* 28.

(204) *Misſ. van de Reſid.* DE SWART 1783. *Apr.* 8. *Misſ. van den Ambasſ.* VAN WASSENAER STARRENBURG 1783. *Mei* 13.

intellectum tamen est, rei per famam dudum divulgatae confirmationem Regi minime gratam accidisse, cumque per plures dies demisso animo fuisse (205).

Magis etiam manifestarunt Galli, quam vehementer ipsis displicerent nuncii de renovatis prioribus pactis et stipulationibus inter Josephum et Catharinam ac de hujus consilio Tauridis et terrae Cubanensis occupandae, cui proposito sese opposuere dehortantes quam maxime, quippe unde mala gravissima possent oriri; suaserunt igitur, ut quidquid rei cum Ottomannis ipsi adhuc esset, hoc, si posset, amica ratione componeretur, cui rei perficiendae suam benevole operam obtulerunt. Hisce ita respondebatur, ut Catharina Gallorum consiliis Regi passura non esse videretur (206). Contra, Imperatrix Occasionem negotii pacifici inter Gallos et Brittannos arripiebat, illorumque Conatibus impediendis surgebat, ut sententia politica eorum, qui inter bellantes medii se adversus vim quamcumque parte quâcunque armaverant, in pactum reci-

pe-

(205) *Miss. van den Envoyé* A. W. VAN REEDE *uit Pruisſen* 1783. *July* 12. *July* 22.

(206) *Miss. van den Resident* J. J. DE SWART 1783. *July* 9. *July* 18.

peretur, quo pacti signatio definitiva retardabatur (207).

His vero difficultatibus tandem superatis Galli adhuc majora verba loquebantur. Angli Gallorum audaciam aequare velle videbantur. Catharina a postulatis multum remittebat, seque contentam fore testabatur, si de Tauride cum Russico Imperio conjungenda conveniret (208), atque hoc postulatione ejusmodi quae bellum minaretur, a Turcis petebatur. Angli interlocutionem adferentes se petitioni consentire affirmabant, internuncius vehementi declamatione Russis opitulabatur, Gallicus legatus de illo pacis pretio quidpiam detrahere annixus, personam nihili agebat; quo spreto, Russorum Orator Turcas, ni intra sex dies conditioni propositae subscriberent, bellum habituros asseruit. Enervatum Ottomannorum Imperium se iteratâ vice postulationi adeo minaci submisit. Tauris Catharinae cessa fuit, articuli de Tartaris, in pactis anterioribus obvii, sunt rescissi; et quid inde emolumenti Josepho?

Nihilne igitur commodi Turcis e memorato su-

(207) *Miss. van den Graaf* VAN WASSENAER 1783 *Juny* 28.

(208) *Miss. van den Resid.* DE SWART 1783. *Fov.* 14.

fupra fine negotii inter Gallos et Anglos pacifici affluxerat? Curane rerum Turcicarum, quae Gallos adeo follicitos habuerat nil aliquod effecerat, nifi ut Rusfi imperio Ottomannico fenfim potirentur? Angline ferio interlocutionem offerre potuerint, cum Rusfis, quicquid hi petivisfent, concedendum cenferent? Eratne Jofephi generofitas hoc anno etiam major quam fuperiori? Illine et Catharinae omnis exemtus erat metus, quam conditiones preliminares anno proximo Lutetiae Parifiorum fignatae utramque affecerant?

Imperatori ejusque ministro non tantum hoc animus abalienatus erat, quod Austriae in pace facienda exiguam rationem habuerant, fed omne illud negotium eorum confiliis adverfabatur, cujus finem acceleratum neque praeviderant, neque, ut videtur, exoptaverant (209).

Quales vero effectus hae res conventae in Aula Rusfica habuerunt, accipiamus ex *ipfis verbis*: nuncius quem tres quatuorve tabularii huc alter post alterum accelerantes ex Hollandiâ, Galliâ et Brittanniâ attulerunt, de felici opinionum converfione, in negotio quod Lutetiae de pace agitur, et exfpectationem huic nuncio fu-

(209) *Misf. van den Graaf* VAN WASSENAER 1782. *Dec.* 25.

ſuperſtructam de conditionibus praeliminariribus intra paucos dies ſignandis; hic igitur graviſſimus nuncius minus gratus hic accidisſe videtur; quandoquidem illa res, ſi bene ſuccedat, conſiliis Imperii Turcici frangendi adverſa immo exitialis esſe posſit" (210).

Quod vinculum Catharinam et Joſephum conjunctos tenuisſe vidimus, arctisſimas hoc rationes ſuae contractas habet cum postulatione, quâ Respublica ab Imperatore fuit laceſſita; hujus autem necesſitudinis confecutiones ſe manifeſtabunt quantocius, nobisque oſtendent, Gallorum auctoritatem paliticam in regundis Europae rebus diminutam, ſed eorum calliditatem nostrates magis magisque ipſorum rebus implicuisſe. Praeter eos Brittanni et Borusſi ab Ordinibus ſollicitati fuere; utrisque vero displicuit, Gallos iisque devinctos homines in noſtrarum rerum auctoritate pollere.

Brittanni id jam ſatis propalam testati fuerant, cum ordinum rogationi, ut de commercio mu-

(210) *Miſſ. van den Reſident* J. J. DE SWART, 1782. *Dec.* 24.

mutuo amice transigeretur, abnuerent. Negativo enim responso addiderunt pristinam inter eos et nostrates amicitiam ab instauratione longe abesse videri, quam ob rem nulla ratio daretur, cur illa in re nobiscum arctius connecterentur, quam cum tot aliis gentibus, fortasse petitione rejicienda hoc agebatur, ut nostrates sentirent, quantopere arcta illa conjunctio cum Gallis, ipsorum commodis noceret.

At futuri rerum eventus erant observandi, ut ne omitteretur occasio, si qua dari posset, utilis. Anni 1784 primis diebus Rex Magnae Brittannicae jam testabatur, sibi necessarium videri, ut utrimque legati mitterentur. Ejusdem rei mentio iterata fuit, cum mensis fere et pacis negotio ad finem perducto praeterlapsus esset.
21 Maji. Pacis inter Brittannos et nostrates determinatio plenissima absque ullâ operâ a Catherina et Josepho adhibitâ facta fuit, legatusque Anglicus nomine eorum, qui res Brittannicas moderabantur, declaravit de ejusmodi operâ adhibendâ cogitatum haud fuisse (211).

21 Junii. Primo illius anni semestri exeunte vir fuit designatus, qui Londini legatum ageretur Belgicum

(211) *Miss. van de Ambassadeurs* LESTEVENON en BRANTSEN, 1784. *Mei* 21. *Secr. Resol. van HH. Hoogmog.* 1784, *Mei* 24.

cum, die demum 20 Septembris de jussis, quibus muniretur, fuit constitutum; postquam Galli declaravissent, foederi ad quemvis hostem cunctis viribus propellendum, de quo inter illos et nostrates ageretur, nullam vim fore retrogradam ad lites Reipublicae cum Imperatore decidendas. Legato hoc peculiariter mandabatur, ut pacti postremi leges vindicaret; amicitiaeque alendae sedulam operam daret. Mense proximo noster legatus et Anglicus munere fungi coeperunt suo quisque loco. Ab utrâque parte nihilominus multum frigoris. Neptuni tridente armatis insulanes penes reliquos populos tunc exigua fuit auctoritas. Pacem universalem conservari optabant, nostroque legato declarabant ministri, se bello inter nos et Austriacos exorto, in neutris fore partibus et quantum possent, curaturos, ne in portibus Brittannicis armarentur naves, quae nostrum infestarent commercium maritimum. Quid insuper a Regis Brittannici Ministris impetraretur, huc redibat, ut ejus subditis vetaretur, ne exteris sacramentum dicerent (212).

Cum ordines aliarum Gentium principes de Imperatoris postulationibus adeundos esse statuerent, 1784. 13 Oct.

(212) *Miss. van den Extraord. Envoyé* DIRK WOLTER VAN LYNDEN 1784, *Dec* 7.

rent, disquisiverunt, an peculiares causae darentur, cur se ad Borussorum regem conferrent; de quo jam vidimus quantopere rerum conditionem, quam tanto labore produxerat, sartum tectum habere anniteretur. Salutare illud propositum exsequi, hoc opus hic labor erat, et Regi hinc illinc multum periculi. Quidquid domus Austriaca ad ditionem suam proferendam moliretur, id sibi infestum existimabat Fredericus. Sicui preponderantes Austriae vires graviores essent, huic ille animum addere conabatur ad vim vi repellendam, facile itaque fuisset, illum permovere, ut nostris se partibus oblique immo satis palam adjungeret, ni dissidia nostra interna illuc inclinanti nimis obstitissent. Pars ea, quae dominabatur, principem Arausium absque ullâ circumspectione maligne culpabat, et ne a maledicendo Regibus abstinebat. Domus consanguineae famam honoresque incolumes servare saepius conabatur Fredericus, saepius de licentiâ libellorum, qui ipsi haud parcebant, quaerebatur.

1784. 3 Nov. Ordines cum Rege hoc, non tantum eâ ratione, qua cum principibus sociis universe communicaverunt dissensionum cum Imperatore tristem statum; sed decreverunt etiam, legato suo Berolini per litteras mandare: *Regi exponeret, quo Rempublicam redegisset Imperator,*

tor, cujus ambitioni obviam ire etiam Regis interesset, ordinesque confidere, regis favorem et consilia, suis consiliis congrua, sibi presto fore, ad tuendam Europae pacem, juraque conservanda, quae Reipublicae extorquere iniquis postulationibus anniteretur Imperator (213).

Ad rem hoc tempore tractatam magnopere facit antiquior declaratio Regis Borussici; duobus abhinc annis fama ferebat, aliquot naves Russicas, quae lignum veherent, per Scaldim in Belgii interiora penetraturas, hocce Berolini cum Ministro Borussico Hertzbergio fuit communicatum, qui affirmavit, regem quidem hanc rem, si ad Scaldim paulatim aperiundum spectaret, haud neglecturum esse, sed pro re nata animadversurum (214).

Duplici ordinum decreto, quod modo memoravimus, legatus diebus 12 et 17 Novembris obsecutus. Epistolae primum oblatae responsum jam ulterius mandaverant ministri, sed cum intellexissent, secundam epistolam oblatam iri, responsum illud retinuerunt. Nihilominus ejus

(213) *Secr. Resol. van HH. Hoogmog.* 1784, *Nov.* 10.

(214) *Miss. van den Envoyé* VAN REEDE 1782, *Mei* 7.

ejus responsi aliqua ad legatum pervenit notitia. *Ordines eo commonebantur, ut rem ad Principes referrent, quos pacta, quibus jus Reipublicae inniteretur, sponsores habebant et quorum intererat, ut ea suo loco maneret, ejusque jura vindicarentur. Conatuum ejusmodi successus et pacis Europae incolumitas ad res pertinebat, quae Regi in votis essent, quibusque maximopere delectaretur.*

Hisce maxime congruebat responsum, quod mox ad duas epistolas laudatas conjunctim fuit datum. Jam legatus quaerebat opportunitatem inquirendi, an hoc ipsum aliquid infausti praesagiret, sed ministri quos adibat, uno omnes ore obtestati sunt, Reipublicae bene velle Regem, et certo certius, quidquid posset ad ejus commoda tuenda praestiturum esse. De subsidii naturâ interrogati nihil certi responderunt sed causas significaverunt, cur eâ, quâ diximus, ratione neque aliter respondisset Fredericus (215).

Ve-

(215) *Miss. van den Envoyé* VAN RENDE 1784, *Nov.* 21. ubi post alia: „ Wanneer ik in 't dis„ cours te pas bragt mijn verlangen, om, om„ trend de natuur van dit bijstand, iets meer te „ mogen weeten, dat mij, dog alleen conversaties „ gewijs, tot antw. wierd gegeeven dat volgens die „ Hee-

Verebatur rex prudentisſimus, ne, ſi ordinum commoda aptius tuenda videretur, astutos Gal-
los

„ Heeren (VAN FINCKENSTEIN en HERTZBERG)
„ hun bedenking, Z. M. in dit ogenblik niets meer
„ konde zeggen dan gezegt had, nog anders doen,
„ dan van ſijne welmeenendheid den ſtaat te ver-
„ zeeckeren, zoo door de poſitie daar Z. M. zig
„ zelfs in bevond relatif aan andere Mogendhe-
„ den, als weegens de agting die de Koning voor den
„ Koning van Vrankrijk had, en die ook in deeze
„ zaak als middelaar aangezien, ſijne meeningen ook
„ eerst moet uiten, voor dat Z. M. betaamde zig
„ verders hier in te laaten, want dat, wanneer den
„ Koning zig anders gedroeg, het Hof van Vrank-
„ rijk zig zeer ligt hier over gevoelig zoude kun-
„ nen toonen, en zig als dan ten agter zoude
„ willen houden, en zelfs weigeren, haar goede
„ dienſten verder aan te wenden. Dat daar en bo-
„ ven nog geen hostiliteiten gepleegt waren, dat
„ het zelfs een vraag was, die nog zeer proble-
„ matic voorkwam, of den oorlog plaats zoude
„ hebben, en dat Z. M. door al te schielijk parthij
„ voor of teegens te neemen, die vraag min of
„ meer zoude ſchijnen uit te wijzen; dat het voor-
„ deeligste voor de Republicq en den Koning was,
„ dat Z. M. bij het beſluyt, dat Hoogstdezel-
„ ve ſcheen aangenoomen te hebben, om de zaa-
„ ken in te zien, bleef; en dat het voor het
„ ogenblik voldoende was, den Keyzer mistrou-
„ wen over ſijne Majesteits inſigten te geeven."

Iis moveret ad primas in Republicâ defendendâ partes ipsi deferendas; id, quod neque relationibus, quas tunc cum Republicâ contractas habebat, conveniret, neque conditioni regni sui, neque providae curae, quam Rusſiae molimina ipsi praeciperent. Liti, ſcilicet, cum Dantisconis agitatae, Imperator clam favere credebatur. Imperatrix vero magis aperte agens et Poloniae finibus exercitum admovens, Regis Oculos convertebant, animumque illi incitabant (216).

Hisce igitur rationibus quae Frederico disſuadere videbantur, ne noſtratibus manifesta benevolentiae ſignificatione opem ferret, acceſsiſſe potuit cogitatio ipſius ministris, ipſive ſubnata, omnibusque praeſens, *ſuperbiam quidem Auſtriacam mox altius intonaturam, ſed Imperatorem non adeo facile arma esſe ſuſcepturum.* Rex in ore habebat adagium de monte parturiente (217).

Sicuti dubium videri posſet, cui parti Fredericus re in nervum erumpente, ſe adjunxisſet, hunc certiorem reddiderit favor, quo milites Rei-

(216) *Misſive van den Envoyé* VAN REEDE 1784., *Juni* 29.

(217) *Misſ. van den Envoyé* VAN REEDE 1784, *Oct.* 12, *Oct.* 26.

Reipublicae denuo in Germaniâ conquisitis et aliis, prosecutus est, veniâ suos visendi finitâ, illinc ad signa redeuntibus, Austriacarum cohortium transitu contra, quantum fieri posset, impedito (218).

Hertzbergius eum ab eo, qui res Gallicas Berolini curabat, interrogaretur: an Borussorum Rex, foedere aliquo opem Reipublicae ferre obligatus esset, negavit hoc quidem, sed addidit: *pacta ista nobis prisci aevi sunt, nec subinde renovata, sed studium, quo Rex conservationem Reipublicae tuetur, eamdem habet vim ac firmissimum pactum, neque interitum Provinciarum foederatarum Rex aliquo feret animo* (219).

Intelligunt omnes, Fredericum consilium capturum e consilio, quod Galli capient cum audiverint, quid in Scaldi acciderit; sic aliis ministri Borussici: *videndum est, quid Gallia factura sit.*

Id tunc latebat, latetque forsan hodie perinde, quid Gallia fecerit, cujus res tum gestas, quatenus nobis comperta sunt, conjunc-

(218) *Miss. van den Envoyé* VAN REEDE 1784, *Dec.* 11.

(219) *Miss. van den Envoyé* VAN REEDE 1784, *Nov.* 16.

junctim immemorare cupientes. Jam ad Austriam nos convertamus, ut investigamus, num ea jam ante belli rite gerendi apparata fuisset, quum tormentum in Scaldi exploderetur.

Quod si cum comite Wasfenario ftatuas, nervos rerum gerendarum in pecuniâ confistere atque ex Aerarii conditione facile posse conspici, quid de belli gerendi ratione et viribus gnaviter exseverendis fit futurum, haud aeque tulerit aliquis, nos paucis hic explicare quid de Josephi re nummaniâ compertum habeamus.

Mariâ Therefiâ obeunte, annui reditus aerarii publici ex Austriacis regnis et principatibus conjunctim Octogies millies mille florenis Vindobonenfibus, qui florenos 96,000,000 nostrae monetae aequant, aestimabantur, quorum magna pars impendebatur excercitui, cui alendo pace etiam vigente, fingulis annis haud minus quam viginti duo quatuorve milliones, quas vocant, requirebantur, cujus vero ftatus bellicus insuper quovis hebdomade millionem fere exigebat.

Bello grasfante Belgium Auftriacum praeter solita tributa, donis prece, ut ajebant follicitatis aerario subveniebat, quae dona durante septem annorum, quadragies millies mille florenos effecisse perhibentur. Pace non turba-

batâ, ex illo Belgio quingenta fere millia florenorum quotannis aerario Vindobonensi inferebantur, caeteris reditibus ad ipsius regionis expensas adhibitis, illasque explentibus.

An e coenobiis, quae Monachis adimebantur recta quidpiam ad aerarium esset redundaturum, adhuc satis incertum esse videbatur, in quibusdam tamen expensis publicis tollendis aut allevandis, utilis erat illa ratio agendi, haud secus ac institutum, omnium fere in Belgio et in dominio Austriaco, munitionum solo aequandarum. His de rebus ad Ordines referens Wassenarius tandem indulget praesagio, Josepho, si pax continuaretur, brevi conventurum emblema sciuri, ad altiora tendentis, cui subscriptum: *quo non adscendam!* (220) Vix autem abierat biennium et semestre cum in propatulo esset, eventum spei, quae Comiti de Josephi rebus erat, neutiquam respondisse (221).

Quam-

(220) *Miss. van den Graaf* VAN WASSENAER, 1782, *Apr.* 14.

(221) Vide saepius memorati legati Vindobonensis litteras ad Graphiarium, quas ob rationes ex ipsâ facile intelligendas, integras apponi oportere existimo.

„ Hoog Edele Gestrenge Heer! "

Dat. 3. *Nov.* 1784. *Rec.* 15. *Nov.*

„ Daar is order gegeeven aan alle de Cassen

 „ al-

Quamvis pax vigeret exercitus eâdem ratione constitutus erat, quâ bello flagrante, in regimine imperii interno cuncta commutabantur, nil erat stabile, omnia arbitrio flectebantur aut frangebantur, nemini ab illâ voluntate satis tuta possessio, novae Constitutiones, quae complures lucrosis praerogativis ad ipsorum patrimonium pertinentibus privabant, novis constitutionibus ejusdem generis excipiebantur, fortium et magnanimorum Hungarorum opi-

„ alhier, namentlijk de Bank, het Coper ampt,
„ de Landstenden en andere, van geen rembour-
„ sementen meer te doen van Capitaalen: Hetgeen
„ anders bij deese Cassen dagelijks gebeurde op
„ termijnen, geproportioneerd na de groote der
„ Obligatien, die door de houders gedenuncieerd
„ werden. Nog is bevolen alle gebouwen te doen
„ stilstaan, die door publique Cassen teegenwoor-
„ dig gemaakt wierden, zoo als voor de stads
„ hospitaalen, kerken en zoo voorts, dit bevestigt
„ hetgeen ik wel eens gemeld heb, dat de voor-
„ raad van Comptanten niet zoo groot moet zijn,
„ vermits men reeds zo vroeg zulke Cassen sluit,
„ die eygentlijk tot oorlogskosten niet gehooren."

Waarmeede etc.

Hoog Edele Gestrenge Heer etc.

(get.) C. G. VAN WASSENAER.

opinionibus praejudicatis quidem sed innoxiis, vis inferebatur et si quod ad sententiam corroborandam proferrent, hoc aspernabatur.

Quid inde effectum, vulgo notum est. Morti vicinus Josephus vidit acta, quibus omnem fere vitam impenderat, sibi esse rescindenda et prorsus delenda, quo facto animum afflavit (222).

Multis videtur ex Hungarorum animis laesis causam repetendam esse cur Josephus utroque conjunctas haberet copias, e multifariis illis provinciis, quibus dominium Austriacum continebatur, collectas, in quibus Complures Belgae; Belgio intenim Austriaco, 1784.
lite cum nostratibus jam satis exardescente, Apr.
adhuc perpaucis militibus (223) munito.

Mensis Octobris jam ante abierat, quam Copiarum Austriacarum pars aliqua versus Belgium tendere judicareretur. Hoc mense demum Novembri observari coeptum est, Josephus fines Ottomannicas propinquaverat, cum audiret, quid in Scaldi accidisset ipso Vidobonam

(222) *Miss. van den Graaf* VAN WASSENAER, 1784. *Apr.* 17, *Mei* 17. EICHHORN, *Gesch. der drey lesten Jahrhunderte*, IV, *pag.* 504, 505.

(223) Quatuor peditum cohortibus (*regimenten*) atque unâ tantum equitum.

nam reduce in militari consilio, illic habito, multae difficultates, quibus bellum adversus nostrates premeretur, fuerunt commemoratae, decretumque fuit, Octoginta millibus hominum, quos Bruxellenses illi Belgio Austriaco jamjam affuturos minati fuerant triginta millia detractum iri. Neque bellum Kaunitzio minus grave fore videbatur, quam compluribus viris militaribus. Imo senex jam meticulosior suam sententiam Imperatoris sententiae Contrariam, rite quidem explicare metuebat, novae tamen rei moram injicere iterum iterumque conatus est.

Apud Fredericum, haud secus ac apud alios Principes pacatos amicosve, quaesti fuerunt Austriaci de contumeliâ, suo vexillo *illatâ*; has vero querelas ex *versato consilio* terrendae Reipublicae derivarunt Berolinenses. Illi eam commovere velle judicarunt, ut ampullis et sesquipedalibus verbis cederet, dum principes, quorum referret lis exorta, iisdem querelis ad interlocutionem pacificam offerendam duci possent. dubie respondit Rex, „ Sibi exoptatissimum fore, pacem haud turbari, et lites ratione componi." Hoc responso accepto, audacior Josephus haud veritus fuit, Regem rogare, quo Ordines commonefaceret, ut sibi moderarentur; quam admonitionem Rex, ani-

mi

mi sensus tandem disertius declarans, probabiliter parum effecturam, dixit, in gentem, quae nil nisi jus conservare anniteretur, quod pactis compluribus tam solemniter esset agnitum, ut nihil supra; et quo pereunte ipsi sibi vix existere nedum in tuto versari posse videretur (224).

Quidni illud alloquium ad Fredericum Octobri exeunte coeptum, et mense Novembri finitum reliquis accedat, unde nobis videmur intellexisse, Josephum illum rerum inter bellum et pacem statum prolungandum judicasse, atque adeo quidvis arripuisse, quo Respublica ab omni actu infesto posset distineri. Frederici interim oculos lite cum Dantiskonis a nobis versus Poloniam demotos fuisse vidimus, quando quidem ei adversaretur Imperatrix Catharina, tantis viribus pollens, Josepho tantopere devincta, eique jam diu de postulationibus, quibus nos lacessiturus esset, consentiens (225).

Die 3 Novembris Ordines Generales decreverunt, ut Imperatrici per nostrum legatum annunciaretur pactum de lite cum Austriacis tran-

(224) *Miss. van den Envoyé* VAN BERDE 1784. *Oct.* 30, *Nov.* 9, *Dec.* 11.

(225) *Miss van den Resident* DE SWART, 1784. *Juny* 4.

transfigenda abruptum esse. Huic autem decreto nondum satisfacere potuerat, cum ad Russicum legatum Hagam Comitum mitteretur nuncius, cui obtemperans, is die 20 Decembris signavit Notam, quam vocant, Imperatori maximopere faventem, atque eodem die Citterfio, ordinum Generalium praesidi porrectam (226).

Ordinum legato eorum jussa exsequente, Imperatricis cancellarius ea fere, quae notâ continebantur, respondit, atque orotenus addidit, Imperatoris dignitatem re, quae in Scaldi acciderat, utique laesam esse, eique hostilia intentasse Rempublicam, quae fategisset, si solemniter occlamavisset (227).

His

(226) *Secr. Resol. van HH. Hoogmog.* 1784. *December* 24. *Secr. Resol. van Holl. deel* XIV. *pag.* 916. *seqq.* Apud MARTENSIUM *l. l. p.* 134 et 135. quo ad diem, quo Nota signata fuit, erratum. Quod si illum diem cum eo contuleris, quo Gallorum Regem Imperatori de re, in Scaldi gesta, scripsisse e MARTENSIO docebant sequentia, facile suppofueris, Russicam illam notam, locum responsi ad Gallicam Epistolam tenuisse, cui hypothesi magnopere faverent litterae, a nostro legato Petropolitano die 3. Dec. 1784, ad Ordinum Graphiarium datae, nisi aliquot nomina reticerentur.

(227) Ad hanc ideam supra jam offendimus. protestatio exspectabatur, et rationi, quâ Ordines age-

His graviter reſpondit Waſſenarius, et quarto die ab acceptâ Notâ Kalitchovio reſponſum miſerunt Ordines, quod praecipue eo rediit: "Rempublicam ſibi bene ſperare a ſtudio pacis, in quod Imperatrix adeo incubuerat, nullamque ſupereſſe dubitationem quin magnanima Impera-

to-

agere ſolebant, ſatis erat congrua. Immo hi illuc redire conabantur, qui conatus, nuncio post tormenti exploſionem adveniente, irritus et in reipublicae dignitatem haud quadrans, quod nobiscum affirmaverit, qui ſtrenuum audiverit STARRENBURGIUM, in Epistolâ ad Graphiarium, Decembris die 10. datâ, ſic ſcribentem: „ Dat wat aanging „ de reflexie welke Z. Exc. mij ook maakte dat „ de Republick zig had kunnen contenteeren met „ voor dit maal te protesteeren, ik de eer had „ hem daarop te doen reflecteeren, dat H. Ho. „ Mo. reeds meermaalen op de klaarſte wijze had- „ den gedeclareert in de opening der Schelde niet „ te konnen toeſtaan: dat de ordres van Z. M. „ om niet meer de bevelen van de Republicq, „ zelfs op haar eigen territoir, te gehoorzamen, „ niet minder klaar en duidelijk waren geweest, en „ men zig vervolgens van eene protestatie niet het „ minſte goed effect hadde te beloven. Dat een „ vaſal of onderdaan wel protesteerde teegen de „ aggresſie van zijnen Souverein; maar dat dit „ nimmer van een Souverein jeegens den anderen „ kon gevergt worden, etc."

coris socia eo animi ipsum permoveret ad pacificum illud negotium, quod tam infeliciter esset abruptum, brevi instaurandum" (228).

Catharinam sibi longe aliud responsum promisisse, seque, ut pro Republica conciliatrix intercederet, regatum iri credidisse, hocce nobis quidem perquam probabile esse videtur (229). Qua

(228) *Mém. ou Souvenirs, etc. par le Comte* DE SÉGUR, *Tom.* II. *pag.* 217. *ed. de Bruxelles*; MARTENS *l. l. p.* 135. *Secr. Resol. van HH. Hoogmog.* 1784. *Dec.* 24.

(229) *Miss. van den Ambassadeur* VAN WASSENAER, 1785. *Jan.* 21. ubi talia:

Hoog Edel Gestr. Heer.

„ Heb d'eer gehad te ontvangen *H.* Ho. Mo. „ Resolutie met het antwoord aan de Memorie van „ den Russische Minister, en heb daarvan het no„ dig gebruik gemaakt. De Graaf OSTERMAN zei„ de mij: *vous nous renvoyez la balle*, willende „ daar door zeggen, dat, in plaats van zelfs pro„ positien of voorslagen te doen, tot het reënta„ meeren der Conferentien, de Republicq het aan „ de Keizerin overliet, om door Haar vermoogen „ op den geest van den Keizer, Hoogstdezelve „ daar heenen te beweegen, en van zijne preten„ sien te doen afzien, waar door de digniteit van „ den Keizer, volgens zijne gedagten, niet zou „ zijn

Quâ de re quidquid ſtatuatur, ſecundae notae 1785.
Rusſicae ſcopus veriſimilis, noſtrates ad indul- 7 Mart.
gentiam, quae Joſepho pacem quaerente, utilis esſet, commovere. Hujus notae efficacitatem in animos ordinum augebant rumores cito refutati, exercitu Rusſico per immutatam ordinationem haud parum augendo (230).

Quid Catharina reapſe fecisſet, ſi res in nervum erupisſet, id ſuperat politicorum cogitationes. Reipublicae rectoribus hinc metus, illinc ſpes. Cives fere hic illic armabant ſeduló, ſed animoſiorum illorum hominum majorem partem Gallicae factionis primipili miſere agitabant.

Cum

„ zijn geſuveerd. Het was wel te verſtaan, dat
„ dit op concesſien van de kant der Republicq
„ zag."

(230) *Misſ. van den Reſident* DE SWART 1785. *Maart* 11. *Secr. Reſol. van HH. Hoogmog.* 1785. *Maart* 7. Videtur nota illa Rusſica Ordinum judicio, altius clamasſe quam quidem deceret. Decreverunt ſaltem eodem die quo praeſidi porrecta fuit illa nota, legatos exteros ſupremo Reipublicae ſenatui quidpiam rectâ ſcribentes, id justâ facturos epistolâ (Memorie); quod ſi difficilius eſſe videretur, Graphiarium adiri posſe notâ; hujusque decreti apographum legato Rusſico misſum iri.

Cum syntagma postulationum quod Austriaci nomine *Tableau sommaire* insigniverunt, ad ordines generales perlatum fuit, hi illico Gallos rogare decreverunt, qui iis in lite componendâ benevolâ intercessione succurrerent; immo justi conciliatoris personam, si rex aliter expedire nequiret, susciperent (231) Quibus a Rege fuit responsum, se iis apud Aulam Vindobonensem non defuturum.

Biduo postquam Ordines pacti de plenissimâ cum Brittannis pace autographum nacti essent, inquirere statuerunt, an aula Gallica ad foedus mutuae defensionis inclinaret (232). Mox Galli propositionem adoptarunt, volueruntque, ut de ejusmodi pacto ageretur, quod de juribus et possessionibus utriusque partis *sponderet* (133).

Ordines hoc secum constituerant, ut cum Gal-

(231) *Secr. Resol. van HH. Hoogmog.* 1784. *Mei* 17.

(232) *Secr. Resol. van HH. Hoogmog.* 1784. *Mei.* 26.

(233) *Miss. der Ambassadeurs te Parys*, 1784, *Juny* 9.

Gallis communicarent. quidquid in Bruxellensi negotio de litibus accideret, si id satis magni ponderis esset. Non itaque tantum ad Gallorum notitiam retulerunt syntagma, de quo supra diximus; sed responsa ad cunctos illius syntagmatis articulos; fuitque legatis injunctum, "ut a Ministris tum rogatione iteratâ, tum commemoratâ declaratione amica, mense Maji jam facta, peterent, benevolam intercessionem Aulae Gallicae et favorem causae suae, quo ordines quantocius scirent, quid in reipublicae gratiam reapse fieret, quamque opem eo sibi in posterum animo securo posset promittere" (234).

Legatis cum Vergennio congressis, hic iis aliquot articulos tradidit, quae "ex ipsius animadversionibus et meditationibus fluxissent, quas vero iis haud quaquam, ut rite conceptum pactum offerret." Rogabat, ut Ordinum Generalium deliberationi submitteretur, quo facto de eo postea rite pacisci possent, utriusque populi rectores.

Legati mox interrogarunt, an illorum articulorum secundus ad Reipublicae lites cum Imperatore posset referri. Erat enim iste articulus verbotenus idem, qui pacti anno proximo signati secun-

(234) *Secr. Resol. van HH. Hoogmog.* 1784. *July* 13.

eundem fecit articulum (235); excepta sola sponsione de pacto Monasteriensi et aquis Granensi a parte Gallica (236).

Interrogationi a legatis in medium prolatae, negando responsum est, et declaratum: Regem semper id agere, ut litem nostram cum Imperatore amice aliqua ratione componendam curet atque hoc consilium Caesarem sine intermissione urgere (237).

Sche-

(235) *Le Roi très Chrétien et les Seigneurs Etats Généraux, se promettant de contribuer, autant qu'il sera en leur pouvoir, à leur sûreté respective, de se maintenir et conserver mutuellement en la tranquillité, paix et neutralité, ainsi que la possession actuelle de tous leurs états, domaines, franchises et libertés, et de se préserver l'un l'autre de toute aggression hostile dans quelque partie du monde que ce puisse être.*

(236) Schediasmatis a Vergennio exhibi verbis citatis in Articulo II. pacti de quovis hoste junctis viribus propellendo addebatur haec clausula: *et pour d'autant mieux fixer l'étendue de la garantie, dont se charge le Roi très Chrétien, il est expressément convenu qu'elle comprendra nommément les Traités de Munster de 1648. et d'Aix la Chappelle de* 1748, *sauf les dérogations, que les deux traités ont éprouvées ou pourront éprouver à l'avenir.*

(237) *Miss. der Ambassadeurs*, 1784. *July* 17. *Secr. Resol. van HH. Hoogmog. July* 21.

Schediasma a foederatis Provinciis seorsim examinabatur, et mense Augusti plerarumque provinciarum decreta de eo ad supremum Reipublicae Senatum deferebantur, Zeelandi urgere sententiam Primarii Nobilis quo dicebatur nimirum ut articuli comprobarentur, si controversiae cum Imperatore iis diserte continerentur; aut, si reliqui illas controversias in pacto expressis verbis memorari nollent, Zeelandi judicarunt de controversiis illis componendis adeo bene sperari posse ut pacto etiamsi silentio premerentur, esset consentiendum. Quibus commissa erat arcanorum cura, hi decreverunt, cum legatis communicare, qui iis uterentur, in quantum patriae salutare esse posset, nec nimis urgendo noceret magis quam prodesset (238).

Cum postulatio definitiva (*ultimatum*) a nomine Austriae ad Ordines pervenisset et hi eam, suumque de ea decretum, Lutetiam Parisium ad nostros legatos misissent, qui foederatarum Provinciarum sententiam de postulatione et hancce cum Gallis communicarent, Oratores illico nova istac occasione benevolae intercessionis rogandae usi fuerunt. " Respublica",

(238) *Secr. Resol. van HH. Hoogmog.* 1784, *Sept.* 9.

ca", dixerant, " annuere numquam poterit petitionibus, quae commercio ſuo exitium minantur, quo ruente brevi collabatur aut ſaltem labefactetur necesſe est ipſa Respublica, ut differri nequeat benevola illa intercesſio, quâ efficaciter adhibitâ avertantur eventus infausti atque ad calculos vix revocandi, a quibus periculum esſet ni operâ tempestivâ ſuccurratur."

Postulationis illius notitia ad Gallos perlatâ, Procurator illorum publicus Hagae Comitum,
8 Sept. Ordines oblatâ Notâ permovere conatus, ut miti ac benevolo animo esſent ac docerent qualis esſe debuit oratio, quâ Imperator in ipſorum gratiam a Rege adiretur. De utrâque re Vergennius oretenus et ſcriptis declarationibus magis emphatice ad Ordinum legatos (239).

16 Sept. Reſpondentes Ordines copioſe demonſtrarunt, quam lenes ac manſuetos ſe praeſtitisſent. Addidere ſe poſtulationi definitivae adſentiri non potuisſe, ſed potius ducere ut negotium de laudatâ ſyntagmate (*Tableau ſommaire*) inſtauretur, Belgis Austriacis liberam in Scaldi navigationem, et commercium Indicum concedere numquam posſent. Explicuere, quid novo negotio fundamenti loco posſet ſubſtrui. In reſponſo declara-

(239) *Reſol. van HH. Hoogmog. Sept.* 8. *Misſ. der Ambasſadeurs Sept.* 2.

raverunt, se actis existentibus, quantum aequitas praeceperet, velle satisfacere, Regis Christianissimi arbitrio permittere, quid utriusque partis postulationibus esset demendum (240).

Proposita negotii fundamenta Vergennio satis placere visa sunt, qui Bruxellis mox iis usus est. De lite componendâ cum Brantzenio collocutus se magnopere vereri testabatur, ne res intimo licet utriusque partis consilio adversante, ad arma rediret, quod ne fieret summa cura cavendum; declarationem, Scaldim ipso freto apertum esse affirmavisset Imperator temerariam esse et imprudentem, eam vero infictam fieri non posse; Principes, praesertim juniores, fere autumare ipsis a re semel perpetrata licet imprudente, nullum patere reditum, qui ipsorum honori non officiat; sibi persuasum esse, Rempublicam cautius acturam, et nulla tormenti explosione, quae dissidium immensum quantum augeret, usurum, jussa minus definita classis praefecto Reynstio missum iri, Ordinesque nil nisi solemniter occlamaturos; si qua navis declarationem Imperatoris in suum usum verteret, etc. De solemni illà Occlamatione Minister talia quae verbo-

(240) *Secr. Resol. van HH. Hoogmog.* 1784. *Sept.* 16.

boreans ab Ordinibus adoptari potuissent, nisi indulgentia, qua consilium hocce Gallicum exceperunt, victum illinc exspectato caruisset (241).

Illa Vergennii dicta die 4. Octobris perpendere coeperunt Ordines. Quid triduo adhuc incassum decreverint supra vidimus, ex quo biduum abiisse senatus Hollandiae, qui die 1. Octobris jam videras articulos IV, VI et VII. Supra dicti Schediasmatis sicuti Ordines Generales proposuerant, suppletos illi Reipublicae senatui suadendum fuerit, ut mutuae defensionis pactum signari curaret (242). Decreveruntque exinde Ordines Generales huic Hollandorum voto obtemperandum esse: licet duarum Provinciarum delegati se jussis eam in rem haud munitos esse declararent (243).

Contra id Vergennius promisit quidem, se negotium illud intra septimanam plane absolutum esse; sed huic promisso non stetit. Quam ob rem Ordines Generales legatos injusserunt, Ministris Gallicis significare. Impe-rii

(241) *Miss. van den Ambassadeur* G. BRANTSEN 1784. *Sept.* 30.

(242) *Resol. van Holl.* 1784. *Nov.* 9. *Conf. Secr. Ref. van Holl.* XIV. *deel pag.* 446, 447, 803, 804.

(243) *Secr. Resol. van HH. Hoogmog.* 1784, *Oct.* 14, 18.

ratorem se reapse accingi videri ad Rempublicam bello lacessendam, quare considerent sibi quantocius efficaciter succursum iri a Rege Christianissimo et hunc benevole, uti par esset, expositurum, qua potissimum ratione Imperatoris consiliis alacriter adversaretur (244).

Huic jussui Oratores nostri die 5. Nov. obtemperarunt et biduo post Rex misit epistolam, qua Imperatorem exhortatus est, ne de Scaldi aperiendo in pacti Monasteriensis contemtum cogitaret, sed ad incoeptum de postulationum suarum syntagmate negotium rediret (245).

Sive jam illa epistola, Imperatorem magis pacificum reddiderit. Sive hujus immutationis causa in ipsa Germania quaerenda est, id certe constat, legatos, novo anno ineunte, Ordinibus gratulari potuisse de reditu ad Syntagma tractandum, ea tamen conditione, praecipue, ut duo viri, nomine Reipublicae, Imperatori de laeso vexillo satisfacturi Vindobonam mitterentur. Addebant insuper Oratores hanc rem, se arbitris, quantocius esse deciden-

(244) *Miss. van de Ambass.* 1784. *Oct.* 26. *Secr. Resol. van HH. Hoogmog. Oct.* 29. *Secr. Resol. van HH. Hoogmog. Oct.* 31.

(245) MARTENS, *l. l. pag.* 183. 4.

dendam, si quidem armorum strepitum cum verbis illis pacificis conjunctum et copias in Belgium duci compertum haberent (246).

1785. 24 Jan. Primo illius anni mense ad finem vergente conditioni, quâ acceptâ ad Syntagmatis tractationem rediretur, consenserunt Ordines Generales, si acciperentur stipulationes, quas a se proponendas duxerunt, quorum decreto ad legatos perlato hi Vergennio annunciaverunt, senatum illum duos e suis viros velle mittere, qui Imperatori asseverent, Rempublicam foederati Belgii de vexillo Imperatoris *laedendo* semper alienam fuisse, ictum enim a nautis non factum ut injuria inferritur Imperatori, itaque excusantioni ne locum quidem esse posse.

Vergennius legatis promisit, se scripti, quod illis de rebus obtullissent, praecipuum argumentum Vindobonam missurum, Ordines interim excitans, ut illuc delegandos Viros muni-

(246) *Miss. van de Ambassadeurs*, 1785. *Jan.* 2, 17, ubi: *l'Empereur se montre disposé à reprendre la première négociation avec la République; mais dans ce cas il demande satisfaction, sur tous les objets enoncés dans le* Tableau Somm. *en insistant particulièrement sur Mastricht. S. M. I. demande praeliminairement qu'il lui soit fait par l'envoi de deux Députés une réparation proportionnée à l'offense faite à son pavillon.*

nirent jussis, quae viam ad satis stabilem consensum panderent brevissimam (247). Josephi responsum iis, quae Vergennius de Schediâ sibi a legatis oblatâ Regis sui nomine ad Imperatorem scripserat, mense Martii cum nostris communicatum fuit oratoribus; eoque responso comprehendebantur praecipue sequentia:

I. promittebatur, viros e supremo Reipublicae Senatu Vindobonam delegandos illic ita receptum et cum iis sic actum iri, ut nulla amplius justis querelis causa praeberetur.

II. Negotium de syntagmate instauraretur atque ad finem perduceretur, auspice et conciliatore Rege Christianissimo, quare Comite Mercyo ad illud negotium plenam auctoritatem jam dederat Imperator.

III. Ut augusti conciliatoris desiderio satisfieret Caesar concederet inducias, usque ad primum diem Maji, si Ordinum legati satis possent spondere pro accipiendis iis, quae a sua Majestate proponerentur.

IV. Si Ordines pacis conditiones aspernarentur, aut negotium eludendo traherent, Imperator

(247) Vid. *Secr. Resol.* 1785, *Jan.* 24. *Miss. van de Ambassad.* 1785, *Jan.* 30. et hisce litteris additum apographum epistolae a legatis die Januarii 29. ad Vergennium datae.

tor se non amplius temperaret copiis, quas Belgio destinavisset illuc reapse mittendis, bellique impensas ab isto tempore factas, a Republica exigerat.

Vergennius observabat e conditionum serie, quarum illis articulis subjuncta, atque in pacto ad negotii finem tantum non verbotenus obvia duas omissas esse postulationes omnium gravissimas et hanc omissionem suo Regi acceptam referri deberi, eumque jam non dubitare quin Ordines libenter contribuerent ad conventionem amicam efficiendam (248).

Viri ab Ordinibus delegati tunc necessariis mandatis instructi fuerunt, negotiumque pari fere studio instaurarunt partes adversae, quod tamen postea fuit suspensum. Ejus praecipua difficultas sita esse videbatur in duodecies *millies* mille florenis, quibus Trajectum ad Mosam redimi volebat Imperator; causa vero, cur colloquium interrumperetur, minus in enormi illa postulatione quam in alia latebat.

9 Maji. Viri delegati, qui Vindobonam mitterentur, tribus fere mensibus postquam Ordines ad eos mandatis instruendos excitaret Vergennius reapse designati sunt, sed nondum missi; eorum iter idcirco delatum fuisse videtur, quod Ordines, Im-

(248) *Miss. van de Ambassad.* 1785, *Maart* 6.

Imperatorem diserte promittere voluerint, se, durante pacificationis negotio, copias non esse missurum. Gallia spondebat, durante negotio, nil actum iri, quod interventus effectus posset impedire. Ordines insuper rogarunt Gallicus legatus Vindobonae de Noailles ut delegati benevole acciperentur operam daret (249).

Die

(249) Videantur duae epistolae a nostris legatis Parisiensibus anno 1785. die 29. Maji et diebus 12 et 19. Junii datae. In prima aliquid magni momenti obtinuit. Retenta nimirum est una ibi quo epistolae huc illuc, mittendae, in capsum iis destinatum, (brieven-bus) conferri, et unde horis statutis quaquaversum mitti solebant. Legatis, de hac re certioribus a quodam factis, et delationis causam quaerentibus responsum est, Epistolam certe quidem post horam statutam in capsum demissam fuisse. BRANTSEN autem Legatus ad Ordines scribere non dubitavit: „ door seeckere omstandigheid sig exact te rappelleeren, dat het voorsz. „ pacquet op dien dag in de bus is geweest drie quar- „ tier uurs voor den tijd dat dezelve geligt word." Legati majores magistratus adierunt, idemque responsum accepere quo commemorato addunt: „ Wij „ verzekeren, dat dit *abusif* is. Wij hebben ree- „ den van te soupçonneeren, dat onze brieven *à* „ *dessein* opgehouden zijn, om een Copie van 't „ cyffer te maaken. De Graaf DE VERGENNES „ zei eens: *les chiffres s'usent.* Dit is ook waar,

 „ en

Die 27 Junii de mandatis fuit statutum, quibus viri delegati instruentur, disertis iis interdictum est, alio quam generali modo res, Lutetiae tractatas, attingere. Cum illi alloquio, de quo convenisset, Imperatori satisfecissent, negotium illud Parisiense resumtum fuit. Solemniori colloquio finito, legatus Austriacus quidam & nostris familiarius, Imperatorem persuasum sibi habere dixit, Rempublicam id agere ut produceret negotium a quo amice absolvendo alieniores nostrates intelligeret, nisi ante diem 15 Septembris quidpiam litteris mandaretur.

Paucis abhinc diebus Vergennius explicuit, cur Respublica negotii producendi suspecta haberetur. Intellexerat, Ordines ad serdiora consilia commoveri, quoniam aliquid utile accidere posset, atque ejusmodi, ut Imperatorem ad aequiora permoveret; iis nempe obsusurrari, fortasse, accessio ad foedus quo principes Germani tunc conjungebantur, cui consilio faciles si praebuerint aures, magnis se periculis exponerent; in illo enim foedere (*Fürsten-*

„en op dien grond meenen wij U H. Ed. Gestr. „in bedenking te moeten geven, of hetzelve niet „eens verandert en, te gelijk aan deze aart van „de tegenwoordige negotiatie geschikt zoude behooren te worden."

stenbund) parum subsidii futurum, si quidem Imperii Germanici legibus incolumes servandis tantum inserviret, nihil aliud prorsus spectaret. Auxilium exspectantes ad opem potius ferendam forrasse obligarentur, seque bello pernicioso viderent implicitos. Addidit Vergennius, ejusmodi Ordinum cum Germanis conjunctionem foederi cum Regno Gallico inito obstituram esse (250).

Erat illa Unio Germanica (*Fürstenbund*) opposita iterato conatui circa Bavariam, in quo Catharina Josepho adjutrix aderat. Germani vero Principes, duce et auspice Frederico ipsi adversabantur. Quam Bavariae cum Belgis Austriaco permutationem ab Ordinibus susque deque haberi nequivisse, nemo non intelligit.

Hanc ob rem legati nostri Parisienses Vergennium diu ante jam rogaverant, si quid de ea permutatione ad ipsum esset perlatum cum iis communicaret; quippe quae hoc vel illud agendi causa esse posset. Is tunc rumori exorto nil solidi et veri inesse asseruerat Vergennius, vel quod alii eum fefellerint vel ipse alios (251).

A

(250) *Miss. van de Ambassadeurs*, 1785. *Aug.* 4 et *Aug.* 8.

(251) *Miss. van de Ambassadeurs*, 1785, *Mei* 19.

A veritate deflectens illa injiciatio (252), quam arctisſime cohaerere videtur cum monito, ne Ordines ad Principum Germanorum foedus accederent, quo Gallum ſuâ foederis illius deſcriptione et minis additis terrere conatum fuisſe vidimus.

Gallos Rempublicam nostram ſibi ſolis obſtrictam tenere voluisſe, eamque ab omni conjunctione cum aliis populis prohibere conatos fuisſe, novo exemplo demonſtrat negotium inter Suecos et nostrates, de aliquot militum millibus Reipublicae expenſis ad ejus defenſionem adhibendis. Compluribus viris militaribus in Germaniam misſis, qui illic nobis ſtipendiarios milites conquirerent, aut cohortes a principibus tradendos huc ducerent, unoque illorum virorum Berolini cum legato Suecico de pacto mutui ſubſidii collocuto, Sueciae Rex Reipublicae, non tantum conditiones obtulit 6000 peditum mittendorum factâ ſtipulatione de ſtipendio, ſed foe-

(252) Gallo jam tunc rem ignotam haud fuisſe, liquet e ſupra memorato SEGURII opere *voll.* II. 215. cujus verba pervulgata citare ſupervacaneum ducimus.

foedus etiam obtulit legitimum, quo cum ad rem unitum esset duodecim naves bellicae majores et sex aliae Regis vicissim utendae concederentur, si res Suecicae id exigerent.

Sueciae Rex Gallum propositi illius pacti quantocius rectâ viâ certiorem fecit, eamdemque rem simul cum legato Gallico communicans, qui propositionem tempore minus commodo factam observavit, Regique ad animum revocavit, Imperatricem Russicam Danorumque Regem forsitan aegre laturos et ex illa re auditâ hostilia in Suecos moliendi jus sibi natum existimaturos esse. Licet quidem nihil erat, quod facile posset metui, ejusmodi tamen sermo a Gallici Regis oratore habitus vel invito et inscio Rege Galliae injicere tamen potuit haesitationem Sueco, qua a coepto persequendo abstineretur (253). Nostris itaque legatis Parisiensibus mandatum fuit ut inquirerent esseme is ad Suecum sermo Gallico Rege conscio, atque approbante habitus, an minus (254).

Quibus declaravit Vergennius, sermonem illum cum sui animi sensu convenire, seque non dis-

(253) *Miss. van den Envoyé Baron* VAN DEN BORCH, 1785. *Maart.* 15.

(154) *Secr. Resol. van HH. Hoog. Mog.* 1785. *Apr.* 25.

dissimulare, quod Rex Oratoris observata priorius approbasset, et se (Vergennium) insuper legatis, ut inter amicos, posse et debere affirmare Regem Suecicum Reipublicae usibus idoneum militum numerum concedere non posse, quem, si jam promisisset nostrates eum quidvis causari intelligerent quo se promisso explendo subtraheret, unde fieri non posse, quin Respublica certum ac grave detrimentum caperet (255).

Quoad Suecici Regis propositionem decreverunt Ordines Generales, responsi tarditatem, excusare, quum liti cum Imperatore tribuerint, de cujus exitu adhuc nil suspicari liceret. Accedebat Europae status universus tum peculiaris Reipublicae conditio et ratio, quâ ejus vires maritimae se haberent. Hisce omnibus impediti fuerunt, quominus Suecici Regis voluntati accelerato responso satisfacerent. Gratissimum iis accideret, si de militibus ipsorum usus concedendis denuo ageretur et discerent, quid pecuniarum pro ejusmodi subsidio stipulari vellet Rex.

Cum interim Vergennius et nostras ad Regem illum legatus de gravissimâ quaestione, utrum

ro

(255) *Miss. van de Ambassad.* LESTEVENON EN BRANTSEN, 1785. *Apr.* 25.

ita pacto proposito ille satisfacere posset, an vero nequiret, tantopere dissentirent ut diversa illa sententia animadversione digna esse videretur, Frisii censuerunt oportere in eam a nostris legatis Parisiensibus ulterius inquiri. Frisiis deinde cum singularum Provinciarum sententiae ad suffragium pervenerunt Ultrajectini accesserunt (256).

Ottomanni suam quoque operam obtulere, se ad Imperatorem distinendum pronos ostendentes atque iteratis propositionibus, innuentes, ut Galli et Nostrates secum ad Josephum aggredien- [illegible] duin

(256) *Secr. Resol. van HH. Mog.* 1785. *Mey* 26. *et Juny* 22. Suecorum Rex satis ostendebat, se navibus ipse concedendis non magnopere instituturum. Copias vero nostris usibus tradere, id a loco, in quo res Suecicae tunc versabantur, neutiquam alienum fuisse intelleximus ex epistolâ, a nostro in Sueciâ legato (Baron VAN DER BORCH) *anno* 1785. *die* 8 *Julii et* 26 *Aug.* datâ, ubi talia. „Seeker „is het intusschen, dat Sweeden seedert eene lange „reeke van jaaren sig niet in dien bloeijenden staat „bevonden heeft, waarin hetzelve tans werkelijk is; „hebbende onder anderen de volkomentste seedert „de laatste vijf en twintig jaaren, ruym vijf maal „honderd duyzend zielen aangewonnen. Dog dit al„les neemt niet weg, dat de finantiele en huys„houdelijke takken van dit Koninkryk nog niet tot „die perfectie gebragt zijn, waartoe ik ook niet „twijfele of ook zullen geraken."

dum justo foedere conjungerent. Reipublicae jam legato Constantinopolitano fuit injunctum, ut Turcarum Domino talia offerenti, gratum Ordinum animum testaretur, adderentque si res ad bellum vergere viderentur, Reipublicae gratissimum fore si conjunctis viribus ad reprimenda ambitiosa Imperatoris Austriaci consilia accederetur (257).

Vidimus, Gallos Rempublicam a conjunctione cum omni alia gente avertisse, ut sola ipsorum consilia apud eam valerent, quibus praesertim in negotio usa fuit Parisiensi, quod nos abhinc totos occupabit.

1785. 22 Aug. Cum Ordines de fundamentis, quibus nostrorum legatorum colloquia cum Imperatoris oratore superstruerentur, decrevissent, legati intellexerunt postulationem de Trajecto ad Mosam Belgii Meridionalis dominis nondum reddito omnium gravissimam esse.

Volebat Imperator, illius urbis possessionem a nostratibus duodecies millies mille florenis Vindobonensibus compensari. Hujus summae constitutio e computo de belli expensis fluxisse videbatur. Multo minorem summam offerebant le-

(257) *Miss. van den zaak gelastigde* KROLL, *in de Secr. Resol. van HH. Hoog Mog.* 1784. *Nov.* 29 1785. *Maart* 7, 17, 30.

legati; Austriacus Orator aliquam remisſionem concedebat. Nostrates plus quam 5,000,000 florenos offerre nolebant. Mercyus vero comes, ultimâ ſuae illius postulationis lenitione oblatae ſummae duplum poscebat, et nihil ultra detractum iri asſeverabat.

Utrimque jam ad Ministrum, qui conciliatoris partes agebat, perferebatur in quo loco negotium verſaretur. Qui Minister rei criſin ad esſe judicans, addidit, Regem ſuum idcirco ad magis directam interlocutionem posſe accedere; Vindobonam mittendum esſe tabularium cum rogatione ſatis magnae remisſionis a legato Imperatori offerendâ, ſibique perſuaſum esſe Rempublicum ſatisfacilem fore, in ſumma oblata augenda et ad medium inter duo extrema perducenda, quo evitetur bellum, cujus expenſae multo majorem pecuniae ſummam abſumerent, necesſe esſet.

Interea nervus ſic tendebatur, ut ruptioni proximus videretur. Inſtabat ſeptembris ille dies 15 et nihil adhuc litteris erat mandatum, frequentibus nunciis de copiis in Belgium Austriacum transductis belloque illic apparatato nostrates in dies eo magis angebantur, quo Respublica bellum minus paraverat.

Mercyus tunc ad nostrates omnia complanatu facilia fore, ſi de compenſanda posſesſione 10 Sept.

Trajecti convenisset, se de rebus, in necessitate rumptis, tam sollicitum esse, ut nihil supra; diem illum, de quo novissent, quid Imperator dixisset, imminere. Cui legati responderunt, se intra octo decemve dies nova jussa exspectare et cum eo consentire utriusque Gentis interesse, ut bellum caveretur. Quo audito, Mercyus suspensionem mandati ad adum expediendum per illum dierum numerum ita in se recepit, ut ante horum finem certior fieret, quid definite decrevissent Ordines; postridie utrique ministrum Gotrolinderem denuo adierunt, qui Austriacos eo permovit, ut summam postulatorum ad octies millies mille florenos Vindobonenses, qui nostrae monetae decies millies mille florenos faciunt, reduceret (258).

Legati nostri eo, quod ordines die 16 et 17 Septembris decreverant, duce omni opera apud Vergennium annexi fuerunt ut congressum proximum felici eventu coronari curaret; quibus ille respondit: „Imperatorem quidem nuperrime ab aula Gallica factis propositionibus nihil reposuisse, quam Principibus Bruxellensibus et Comite Mercyo praeceptum esse quid fieri oporteret, sibi tamen suum Regem jussisse

(258) *Miss. van de Ambassadeurs en van den Ambassad.* BRANTSEN, 1785, *Sept.* 12.

esse, nisi ne caveret commoda Reipublicae, cum pax absolute necessaria, iisque ad finem conventus promovere, adeoque congressibus praesens adesset, futurisque cum Imperatore stipulationibus et pacto Monasteriensi disertâ sponsione cautum fieri in foedere, quo Respublica et Aula Gallica mox conjungerentur."

Die 20 Septembris congressus, de quo stipulatum erat, fuit habitus. Mane jam convenerunt utriusque partis Oratores atque ad vesperam negotio occupati fuerunt. Conditiones preliminares literis mandatae fuerunt, quibus dein obstitit Mercyus, si illae ab Ordinibus atque Imperatore approbarentur, iis intra sex septimanas pactum plenissimum superstrueretur (259).

Compensatio Trajecti ad Mosam atque eorum, quae huic urbi suberant, articulo I. Vergennio curante, voto legatorum accommodabatur. Mercyus asseverabat, summam pecuniae stipulatam soli Trajecto compensando inservire censendam esse, singularis vero illius Comitis argu-

(259) Martens Recueil des principaux Traités, etc. II. *p.* 598. *seqq.* ubi omissa ultima verba Articuli III: *Il est convenu de plus qu'il sera fait à l'amiable les échanges qui pourroient être jugés d'une convenance réciproque.* Vid. *Secr. Resol. van HH. Hoog Mog. September* 24.

gumentatio legatos nostros haud movebat (260).
Cum Articulus VI. agebatur parum aberat, quin negotium disrumperetur. Legatis erat mandata pacti Monesteriensi sanctio et confirmatio. Mercyus vero negavit ejus pacti in isto articulo nominatim mentionem fieri quamquam promiserat, causatus id pactum ipsum fontem esse, unde dissidium inter Austros et Batavos fluxisset; Imperatoris dignitatem in isto pacto diminutam fuisse, eamque peculiari pacti istius mentione denuo laesum iri, quod ipse Mercyus committere neque posset, neque auderet. Conciliator jam illum articulum ea ratione litteris mandandum curavit, in quâ utraque pars acquievit.

Le-

(260) En illam argumentationem, e legatorum epistolis, sermone Belgico: „ dat de politique valeur „ van Maestricht zeer groot was voor den staat; dat „ de Keyzer zeer weynig van dat geld in zijn zak „ zoude steeken, en het grootste gedeelte zou blijven „ hangen in Duytsland voor de aldaar aangeleyde en „ bedorve Magazijnen en voor de onkosten die den „ aanmarsch van troupes had veroorzaakt, waar en „ tegen den staat, die hij niet en wilde ontkennen, „ dat zekerlijk ook extraordinaire depenses had moeten doen, het geld binnen haar eygen territoir „ geconserveerd hield, en dus alleen uit 's Lands „ kas in circulatie was gebragt."

Legatis porro injunctum, ut articuli V pacti, quod anno 1731 Vindobonae factum erat, sanciendo instarent, comes vero Mercyus a renovando istoc articulo propterea erat alienus, quoniam ut ajebat, illum articulum in memoriam revocare angustias Genti, quam premebant, taedii plenas, illi insuper articulo adhaerere aliam stipulationem de constituendo nempe mercaturae convento, cui Respublica numquam satisfecerat, illius porro Articuli sanctionem ad nostra commoda nihil facere, si quidem Ordinibus perquam notum esset, et rebus, quae accidissent, confirmaretur, nihil opus esse de stipulatis hoc articulo quinto metuere.

Ex Articulo XV. apparet, conatum legatorum irritum fuisse.

Quod ad sponsionem Gallicam attinet Mercyus mandata regare promisit.

Hoc colloquio Vergennius legatis nostris dixit, et post colloquium finitum iterum asseveravit: Regem, quum ipsi pax universalis in tota Europa magnopere cordi esset, Reiquepublicae commoda cum suis tam arcte conjuncta existimaret, doleret, conatus quibus res nostras promoveret, nil melius effecisse; ut autem ostenderet, quam bono in Ordines esset animo; se ad solvendam pecuniam, quae supra eam quam obtulerant, iis ex pacto

 con-

concepto Regisque arbitrio (261) solvenda foret lubentissime succursurum, si nempe facta stipulatione nimis gravarentur. Quod si forte, maxima illa expensa, quae facere debuisset Respublica, eos primae parti compensationis solvendae minus pares fecissent, Rex illius partis solutionem lubens in se esset recepturus (262).

Quod promissum a Gallico legato, scripto, (*pro memoria*, ut ajunt,) confirmatum fuit (263).

Jamjam Provinciarum variae sententiae perlatae sunt: sed antea a delegatis de rebus externis, una cum nonnullis ex Reipublicae senatu decretum a se conceptum pertulerunt.

Articulo VI. haec postularant sicuti Scaldis pars inter Antwerpiam et Saftingam ad Imperatoris dominium pertinere agnosceretur, idem in gratiam Reipublicae constituendum esse judicavere de Scaldis parte inter Saftingam et mare septemtrionale porro incolumitatem juris quod

(261) Respublica Regem arbitrum constituerat inter illos quinquies millies mille florenos Hollandicos, quos Austriacis obtulerant, et duplum ab his postulatum.

(262) *Miss. van de Ambassadeurs* 1785 *Sept.* 11.

(263) *Secr. Resol. van HH. Mog.* 1785 *Sept.* 26.

quod Reipublicae Articulo VI. pacis Monasteriensis, attributum; Scaldim et canales e Belgio Austriaco ad fluvia Zelandiae pertingentes, sive jam existentes sive postero tempore fodiendos, claudi voluerunt; aut saltem illo articulo VI. dilucide indicari, pactum Monasteriense, nominatim etiam quoad illam rem gravissimam, confirmari et Galliam spondere; Supra dictum, quoque Articulum V. pacti Vindobonensis confirmari voluerunt. Quod si vero Ministri Gallici id *minus necessarium*, immo *supervacaneum* judicarent, saltem paragraphum, quae ad illud pactum pertinebat, ex Articulo XV. initiarum tolli oportere arbitrati sunt.

Quod si Provinciae, ut Gallos ipsis in solvendâ compensatione opitulari, vellent, quam Austriaci non ultra quam ad novies millies et quingenties mille florenos nostrae monetae diminui passi fuerant, detractis quingenties mille florenis, interim ad damna Belgii Austriaci incolis illata (264) compensanda destinatis — si Gallis, inquam, hac in re, opitulatoribus uti vellent Provinciae, gratiam testari opor-

(264) Fluvio in campos ad castella Scaldi assita immisso, qui campi quoties in castellorum defensionem aquâ mergerentur, agricolarum damna compensari praecipiebant pacta anteriora.

oportere quam humanissime, non solum quod onus Reipublicae impositum tantopere sublevaretur, sed, quod oblato opitulatu etiam tolleretur, quidquid officere videretur gloriae gentis, praeter alia compluria in pacis conservationem impensa, tam enormem pecuniae solventis. Deinde Gallorum promisso de prima parte compensationis solvenda certo certius itendum esse.

Hollandia in hanc sententiam protinus ibat, et absque prima conditione pacem constare non posse judicavit. Geldria et Zeelandia inhaerebant decretis anterioribus, quibus se negotium haud ulterius promoturos esse constituerant.

Zeelandos praecipue hoc innitaverat, quod argumentationis atque animadversionis ab iis ad senatum perlatarum ratio non esset habita. Eosdem Zeelandos, cum de Scaldi ageretur, peculiaria Provinciae suae commoda et res peculiares plurium fluvii accolarum saepius fortiter defendisse vidimus.

Pacto, de quo agimus vehementius, et satis infestis animis obnixum fuit. Castellum Lilloense alterumque ei oppositum tradi, Zeelandis eo magis displicebat, quod argumenta susque deque habita fuerunt, quibus contenderunt, ut saltem, castella demolienda, neque

alia

alia ad Scaldim exstruenda esse, stipularetur.

Hollandi effecerunt, ut legati mandatis in- 17 Oct.
struerentur, ad decretum Hollandiae paene factis, quibus pax plane locum haberet.

Frisiorum sententiam nondum audierat senatus; cujus decreto, ut summis Reipublicae legibus repugnanti, illi occlamaverunt. Mandata nihilominus legatis tradita sunt, negotiatio resumta, et die 8. Nov. pacto satis noto, absoluta (265).

Biduo abhinc illud mutuae defensionis pac- 1785.
tum cum Gallis, de quo diu ante agi coepisse 10 Nov.
vidimus, in lucem revocatum et signatum fuit (266).

Si jam postremi illius pacti articulum, quem supra citandum censuimus (267) inspexeris, no-

(265) *Secr. Resol. van HH. Hoog. Mog.* 1785. *Oct.* 17. MARTENS *l. l.* II. *pag.* 602. *seqq.*

(266) Rationem cur id haud prius fieri posset, exponens VERGENNIUS dixerit: *que la France ne devoit point epouser un procès* FLASSAN *l. l.* VII. *pag.* 408. MARTENS *l. l.* II. *pag.* 612. *seqq.*

(267) Annotatione 227 et sequente.

rabilibus civibus illata melioris ingenii Galli quotquot in exilium haud ejecti, asylum in numerosis quaerebant exercitibus, quibus omnes alii tandem impares, quique jam anno 1792. Belgium Austriacum (ob perpetuam, scilicet, Imperatoris et Regis Christianissimi amicitiam munitis locis nudatum!) occuparunt. Quo facto illi, quos diximus, Philosophi Scaldim in
16 Nov. posterum apertum declaraverunt.

Biennium vix abierat, cum illa cunctarum rerum conversio Zeelandiam caeterasque provincias foederatas etiam comprehenderit; quae illam de Scaldi declarationem exinde solemni
1795. 16 Maji. pacto confirmaverunt.

Illius conversionis consecutiones Rempublicam quindecim annis proximis miserrima afflixerunt. Tandem carissima nobis patria alieni juris facta est deletumque nomen Batavum. Hollandia Zeelandiaque fluminibus veluti erepta, incredibili Majorum industria ac constantia, quae tam praeclarorum facinorum effectrix fuit, contemtim illorum fluviorum incrementum appellata est, et jubentis tyranni dicto imperio Francorum in quorum ditione illi fluvii erant, accesserunt. Hollandorum nomen Carolo quinto imperante, immo pluribus ante saeculis, clarum oblivioni devotum.

Di-

Divitiis autem, quibus homines vulgo inertiores et imbecilliores reddi existementur, per calamitates incredibiles spoliati harum regionum incolae se patris nomine haud indignos praestiterunt. Forti animo et consilio ducti, servitutis jugum ipsi excusserunt, tyranno se diutius obnituros jurarunt, ejusque satellites alienigenos conculcatâ patriâ ejecerunt, libertatem recuperarunt atque Europae liberandae cooperati fuerunt, cui tandem fuit reddita pax.

Belgium Austriacum ea ratione cum foederatis regionibus conjunctum iri videbatur, ut unius civitatis liberae jura nancisceretur. Quâ de re quicquid statuatur, est hoc animadversione non indignum, pacto Parisiensi anni 1814. jam cautum fuisse; de portu Antwerpiae mercaturae *unice* inservituro. 30 Maj. Art. XV.

Undenam haec? Zeelandiae certo hoc non tribuendum. Quodsi potentissimi Brittanni ejus fuerunt auctores, nemini iniqua videri poterit deligens illa Zeelandiae totiusque Reipublicae cura res suas tuendi.

Quo tempore Austriacae ditionis Belgae se cum reliquis denuo cujunxerunt, omnibus placuit, quod inde conventu Vindobonensi sancitum: cunctis Belgis communia fore lucra

 mer-

mercaturae nulliusque partis commoda in gratiam partis alterius circumscriptum iri.

Dum insuper pacis Parisiensis articulo secreto, Scaldis fluminis libertas, diserte promulgata est.

QUOD SCALDI LEGITIMAM EAM LIBERTATEM PEPERIT, QUAE SOLA PERPETUA ERIT ET STABILIS.

F I N I S.

THE-

THESES.

I.

Beneficium *L. 2. Cod. de Resc. Vend.* ad emptorem videtur extendendum.

II.

Periculum rei venditae, nondum traditae, ordinario pertinet ad emptorem.

III.

Consensus proavi proaviaeque ad nuptias ineundas, jure hodierno non videtur necessarius.

IV.

Jure Gallico unus tantum tutor nominari potest.

V.

V.

Toto animo amplectimur ſententiam Oratoris Belgici: „ Zoo wij menſchen alleen de „ maatſchappij beſtuurden, dan zou misſchien „ de noodzakelijkheid de maatregelen der on„ deugd en gewetenloosheid kunnen wettigen: „ maar daar een Opperbeſtuur der Voorzienig„ heid aller Staten lot beſlist, kunnen wij „ ook denzelven geen duurzaam geluk bezor„ gen, zoo wij niet onze bedoelingen en da„ den aan den wil van het Opperwezen toet„ ſen." V. D. PALM.

VI.

Scaldis claustra mihi videntur fuisſe veluti amplficatio juris, quod Zeelandiae dominis ultra omnem memoriam obtigit, exigendi a mercium exterarum vectoribus et poscendi, ut merces illae e navibus advectae, depromerentur, quo accuratius posſent examinari. Cui vectigali ne quis ſe ſubtraheret, infra ſaftingam in duplici Scaldis Ostio Orientalali et Occidentali, ubi cuncta Zeelandicae ditionis erant, vigiliae collocabantur.

Bello cum Hispanis grasſante, convenit cum il-

illis de vectigali (vectigalis Zeelandici nomine insigni) unâ cum vectigalibus pro tutelâ et veniâ (Convoyen en Licenten) ad Castellum Lilloense exigenda. Per inducias se sustinuit illa sedes telonii Zeelandici, et paulo post induciarum exitum vectigal ibidem denuo coepit solvi, quod exinde usque annum 1784. illic solutum est.

VII.

Scaldim usque claudens Respublica jure suo fuit usa, quod ipsi ex pacto Monasteriensi venit, neque jure suo ita unquam usa est, ut aliquid committeret, quod isti pacto adversaretur.

Pacti Articulus XIV. Scaldis occludendi *jus* Reipublicae attribuit. Juris illius adhibendi *ratio* diserta describitur articulo III, qui conjunctim cum articulo LXVIII. *locum* demonstrat, ubi jure suo uti posset Respublica.

Articulus III. pacto tanquam fundamentum substruit solitum illud *uti possidetis*, utrique parti ea concedens, quibus potita esset et frueretur. Respublica possidebat castella alterum *Lillo* et alterum *Liefkenshoek* appellatum et fluminis partem intermediam, cui navium aliquot

 bel-

bellicarum ope imperitabat, atque ubi antequam pactum signaretur, vectigalia varii generis exigere solebat. Omnium illorum possessionem pactum ei asseruit.

Articulus porro LXVIII. ei attribuit jus munitiones Lilloenses continuo satas tectas habendi sibique adeo conservandi facultatem et vires ad Scaldim supradicta ratione usque occludendum necessarias.

VIII.

Accedit, quod in articulo IX. statutum, Regem Hispanum Ordinesque extra suae ditionis terminos de mercibus navigio quocunque plaustrove devectis nulla tributa exacturos esse; articulo vero XII. Rex diserte promittit, se navigationem in Rheno Mosâque postero tempore haud gravaturam, neque vertigal Zeelandicum, quod vocabatur Antwerpiae exacturum, ordines contra ab illius vectigalis aliusve tributi exactione nullo pacti verbo prohibentur. Per annos fere centum et quinquaginta jure ipsis secundum quaestionem superiorem concesso *tranquille* prorsus uti fuere, nemine ex altera Belgii parte obloquente, licet ejus incolae, praesertim anno 1665, probe sentirent, quanta incommoda ipsis pareret illud jus nostratium.

IX.

IX.

Pacto Monasteriensi nihil deest, quod in pacto legitimo possis requirere, omnibusque pacti legitimi attributis adhuc munitum erat, quo tempore Josephus II. Scaldim aperire conatus fuit.

X.

Complures judicarunt, Scaldim secundum juris naturae praecepta claudi non oportuisse. Sed cum eodem jure unusquisque obligetur, se a periculis imminentibus ipsum defendere, obligatos etiam fuisse crediderimus civitatis rectores ad claudendum Scaldim. Siquidem historia docet, adversae partis naves nonnunquam infesto consilio vel in portuum Zeelandicorum intima penetrasse. Annotatione 73. monuimus, virum emeritum neutri parti deditum contendisse, Reipublicae incolumitatem e possessione illorum, quae in Brabantia Flandriaque occupaverat, pependisse. Atque de possessione Scaldis inferioris idem censendum est. Fluminis libertatem saeculo XVII. circumscribens Respublica nostro hoc saeculo imitatores habet, libertatem quidem illam non adeo diminuentes, sed quamvis a periculo, multo remotiores diligentissime tueri usos.

XI.

Quam primum Scaldis claustra juri naturae contraria judicavissent homines, inde deducerunt eos qui flumini claustra imponi passi fuissent, pacto Monasteriensi subsignando rem illicitam fecisse. „*Quandoquidem illicitum*, ut dicunt, *de illis quae nobis ex jure naturae suppetunt desistere.*"

Magis veritati consentaneum aliquid dixissent, hoc addendo: *partem jurium remittere licere, quum ita reliquorum possessio confirmetur.*

XII.

Rem articulo XIV. pacti Monasteriensis statutam complures iis annumerarunt quae servitutes [*servitudes de droit public* (*des gens*) *particulières*] appellari solent. Jam huic effato assentimur ac constitutionem articuli XIV. nihilominus justam putamus, *cuique* enim civitati a commodis a naturâ tributis decedere licet modo *libertas* civitatis nullam patiatur diminutionem.

XIII.

Respublica in Scaldi claudendo non tantum juri e pacto Monasteriensi derivato innitebatur, sed

ſed juri quoque dominii pleniſſimi. Siquidem is, qui invicem adverſas fluvii ripas poſſidet, ſecundum jus gentium aquas illis ripis adſitas poſſidere etiam cenſetur, atque adeo Respublica, Scaldis ripam utramque ad vicum Lillo eique oppoſitum Lieſkenshoek poſſidens, aquis intermediis dominis tam abſoluto imperitaret, ut absque ejus conſenſu navigatio impedita eſſet.

XIV.

Jus inter Europae civitates receptum plura ejusmodi conceſſionis offert exempla. Maxime recenti quoad Antwerpiam inhaerere nolim; aliam excito, quae Dunkerkiam ſpectat. Hujus urbis moenia intra paucos menſes ſolo aequare portumque obturare in ſe recepit Gallia, cum pax Trajectina feriretur; cui obligationi omnino fuit ſatisfactum, neque in urbis conditione duriore quicquam mutari paſſi ſunt illic ab Anglis collocati vindices pacti, qui omnibus ei adverſantibus obloquerentur, usquedum nova pacificatio, post bellum ab Anglis infelicius geſtum, Dunkerkanos ſublevarit.

XV.

Dani fretum Sontanum multis abhinc saeculis ita coeperunt claudere, ut a navigantibus vectigal exigerent, quod insequenti tempore ad normam pactorum cum diversis gentibus solutum fuit, neque solvi desiit, licet duo fere saecula abierint, ex quo Dani Suecis alterâ illius freti ripâ cesserunt, ejusque alteram solummodo ripam possident. Quamobrem vectigalis Sontani concessio, a plerisque gentibus facta, magis admirabilis videtur quam vectigalis Zeelandici in gratiam *utramque* Scaldis ripam possidentium.

XVI.

Nonnulli Scaldis repagulorum rationem cum ea ipsa agendi ratione, quâ in Rhenum utitur Rex, satis congruere affirmarunt. Quod prorsus negamus.

Non tantum jus, cui Respublica in Scaldi claudendo innitebatur, toto coelo differt a jure, quo circa Rhenum utitur supremus utriusque Belgii Moderator, Sed navigatio in Rheno nequaquam impeditur, ut navigatio in Scaldi impediri solebat.

Haec navigatio, flumine adverso secundove, nul-

nullis navibus exteris permittebatur. Nulli navi ejusmodi e mari Antwerpiam recta tendere licebat, nullique ab ista urbe in mare patebat iter. Ad Castellum Lilloense merces e navibus, quibus illuc advehebantur, in alias erant transferendae, ibidemque vectigalia pro tutelâ et veniâ (Convoyen en Licenten) exigebantur.

Navigatio in Rheno haud aliis premitur vectigalibus, quam quibus pariter obnoxia navigatio in Scaldi et alibi; quae tributa de mercibus, in regnum invectis, aut illinc exportatis, quamvis in Scaldi exigantur, nemo tamen facile dixerit, hunc fluvium usque occludi.

XVII.

Belgarum et caeterarum ad Rhenum gentium Rectores sese invicem obstrinxerunt, ad tributa quae navigationi Rhenanae imponentur, aequali et certo modo ac ratione exigendâ; quam in rem propensum se ostendit Belgarum Rex; sin vero aliquis docuerit, Regi nostro, ne in portibus quidem ipsis maritimis ubi maris vicini dominium penes eum solum est, de mercibus Rheno secundo directis aut adverso flumine advectis victigalia ea exigere licere, quae illic de omnibus aliis mercibus solvuntur;

tur; ſiquis id docuerit, is profecto utrique juri gentium haud ſecus adverſatur, ac veritati, cum dixerit: Rhenum illorum tributorum exactione, clauſum ſibi videri.

AD-

ADDITAMENTUM.

RÉPONSE À DEUX ARTICLES DU TABLEAU SOMMAIRE DES PRÉTENTIONS DE SA MAJ. L'EMPEREUR, ETC.

Art. 5. „*Sa Majesté, qui entend avoir conformément aux „Traités le plein droit de Souveraineté absolue et indépen„dante sur toute la partie de l'Escaut depuis Anvers jus„qu'au bout du Païs de Saftingen, demande que la Fréga„te, qui étoit stationnée devant le Fort de Lillo, et que „LL. HH. PP. viennent de faire retirer provisionellement, „soit retirée à tout jamais; Sa Maj. ne pouvant souffrir dans „toute l'étendue de sa souveraineté sur l'Escaut un navire, „ou une autorité ou exploitation étrangère.*"

Les égards dus à S. M. I. et le désir d'éviter toute apparence d'opiniatreté et d'une maintenue hostile, ont été les seuls motifs, qui ont engagés LL. HH. PP. d'ordonner la retraite du vaisseau de garde devant Lillo jusqu'à ce que la légitimité de leur droit fut mise en pleine évidence. Les argumens qu'on alléguera en faveur de ce droit le démontreront d'une façon si convaincante, que l'équité de S. M. I. qui ne demande rien qui ne soit fondé sur les Traités, et qu'un Ministère aussi éclairé que le sien, ne sauroit s'y refuser. LL. HH. PP. ont donc lieu de se flatter que non seulement leur droit sera connu, mais qu'aucune difficulté sera faite de la part de S. M. I. d'admettre le retour du vaisseau de garde au poste qu'il a occupé, depuis que la République a été séparée des Provinces actuellement appartenant à l'auguste Maison d'Autriche.

LL. HH. PP. ne peuvent point admettre, que le droit

d:

de Souveraineté et de possession absolue sur l'Escaut d'où dérivent les prétentions avancées dans cet article, appartiennent à S. M. I. depuis le Kruysschans en descendant, au moins depuis Lillo et Liefkenshoek.

S. M. I. reconnoit elle même que le Traité de Munster du 30. Janvier 1648. doit servir de base et de règle réciproque entre S. M. I. et LL. HH. PP. par rapport à tous Droits territoriaux et autres qui n'ont pas été autrement reglés par des arrangemens ultérieurs.

Puisque de pareils arrangemens n'ont point eu lieu relativement à l'Escaut, c'est de même au susdit Traité que LL. HH. PP. se refèrent entièrement, c'est sans ambiguité que ce Traité déclare que *l'uti possidetis* sera la règle de la séparation des possessions des puissances contractantes, et que chacune restera dans la jouissance paisible de ce qu'elle possédoit en ce moment *sans être troublée ou inquiétée directement ou indirectement, de quelque façon que ce soit.*

Pour constater donc quelle Puissance a droit de possession sur l'Escaut, il suffit d'examiner laquelle en avoit la possession effective lorsque le dit Traité a été conclu, ce qui est simplement un fait historique.

C'est en le considérant comme tel, que LL. HH. PP. posent comme une vérité constante, indisputable et de la plus grande notariété, que lors de la conclusion du Traité de Munster la République étoit en possession de l'Escaut en descendant depuis les susdits Forts et entre autres du lit de ce fleuve entre Lillo et Liefkenshoek; et que par le moyen de ces deux Forts, et d'un ou de plusieurs vaisseaux de garde postés entre ces Forts (à l'endroit nommé aussi la Flotte de Lillo) le lit inférieur de l'Escaut appartenoit à la République, et étoit fermé de sorte que le passage d'aucun bâtiment n'étoit permis, soit du Brabant vers la République, et vice versa, ou même du lit supérieur de l'Escaut au lit inférieur, ou

de-

de l'inférieur au supérieur; les denrées et marchandises, dont on permettoit l'échange ou le trafic par l'Escaut entre les sujets des deux Etats, devoient changer de bord dans la Flotte de Lillo; c'est a dire être transportés d'un batiment Brabançon dans un Hollandois, ou d'un Hollandois dans un Brabançon, c'étoit au comptoir des Licences de Lillo, exigé longtemps auparavant, qu'on payoit les Licences, ou droits d'entrée, pour les objets qui entroient dans la République et qu'on exigeoit des preuves que ceux qui en sortoient, avoient acquitté les Licences, ou droits de sortie, à l'endroit de la République; où ils avoient été chargés. Les Bateliers réfractaires étoient obligés par les vaisseaux de garde de se soumettre au changement de bord de leur Cargaison et à l'acquit des droits requis.

LL. HH. PP. n'ont jamais rencontré d'opposition à l'exercice de ce droit, et de même que S. M. I. a placé un vaisseau de garde au Fort de St. Philippe en remontant l'Escaut, elles ont continué d'exiger à Lillo, comme premier territoire de la République en venant du Brabant, les licences des impots avec l'assistance du vaisseau de garde, si elle étoit requise, jusqu'à ce que les circonstances actuelles l'ont engagé à éloigner ce bâtiment.

De plus lorsque LL HH. PP. peu de tems après la paix de Munster permirent pour la facilité du Commerce que les bâtimens riverains; et non capables d'aller en mer, pourroient passer la Flotte de Lillo, en payant les droits sans avoir besoin de faire changer de bord à leur cargaison, et qu'ensuite pour prévenir les fraudes, elles ordonnerent de nouveau ce transport dans la Flotte de Lillo: elles firent effectuer ce Reglement en 1665 au même endroit de l'Escaut, qui fait l'objet de la prétention actuelle de S. M. I. et qu'elle ne veut pas souffrir un navire qu'elle nomme etranger. LL. HH. PP. se croient fondées au contraire à soutenir qu'elles ont un droit terri-

ritorial fur l'étendue de l'Escaut depuis le Kruisschans et furtout depuis Lillo jusqu'au Païs de Saftingen, ou du-moins qu'elles ont dans cet espace une fupériorité fuffi-fante pour faire lever des droits, empêcher tout pasfage, faire les exploits à ce requis et y poster et entretenir des vaisfeaux de garde à leur volonté.

On ne fe fonde pas à cet égard fur une fimple posfes-fion ou occupation par voye de fait qui par préfcription auroit acquis un titre de proprieté. Mais fur une telle posfesfion, qui doit être confiderée de même que toutes celles qui ont été confirmées à perpétuité á la Républi-que par le Traité de Munfter, *fans y être troublé, ni in-quiettée directement ou indirectement* avec plein droit de posfesfion, *et qui*, fuivant les paroles du fusdit 3me Ar-ticle de ce Traité *doit demeurer aux dits feigneurs Etats, en touts et mêmes droits et partie de Souveraineté et fupériorité fans rien excepter, et tout ainfi qu'ils tiennent les Provin-ces des Païs-Bas Unis.*

Ce feroit à tort qu'on objecteroit que l'Escaut n'est point nommément cédé à la République ainfi que les vil-les de Bois le Duc, de Bergen op Zoom, de Breda et de Maestricht.

Il paroit que ces villes ont été fpécifiées pour fixer que leur resfort et dépendance, telles que la Mairie de Bois le Duc; le Marquifat de Bergen op Zoom, la Baronie de Breda, les places aux environs de Maestricht nommés dans cet Article, devoient fuivre la difpofition du Chef lieu, dans quelques mains qu'elles fe trouvasfent lors de la con-clufion du Traité, d'autant plus que leur posfesfion effec-tive étoit ausfi difficile à prouver, que celles des limites et d'autres endroits en Flandre, à l'égard des quels on convient dans le 67me Article *qu'on attendra des informa-tions, fi elles appartiennent au resfort de l'un ou l'autre côté, pour être réglé à fon temps.* d'Autres endroits de même n'ont pas été cédés nommément, quoiqu'il foit no-

notoire qu'ils étoient et sont demeurés sous la domination des *Etats*.

Le Fort de Lillo par exemple n'est nommé autre part dans le Traité qu'au 68me Article, pour le distinguer des Forts sur la rive Orientale de l'Escaut, qui devoient être démolis par la République; pendant que ce Fort, quoi que point cedé nommément, est placé du coté de la part des Etats, à cause de la posfesfion qu'ils en avoient, et suivant laquelle il devoit leur appartenir d'après le 3me Article susdit. Il est dit aussi dans le 14me Article du même Traité de Munster, *que la Rivière de l'Escaut sera tenue clausa du côté des Etats* aucun autre endroit n'est indiqué à cet égard que celui dont les Etats avoient déjà la posfesfion et l'usage à tel effet à savoir: l'emplacement dans l'Escaut nommé *la Flotte de Lillo*, et si on ne recule pas la cloture de ce Fleuve, jusqu'a un endroit appartenant incontestablement à la République, ainsi que S. M. I. veut l'exiger actuellement, c'est sans doute qu'a cette époque on reconnoisfoit que le territoire ou la supériorité des Etats sur le lit de l'Escaut s'étendoit jusqu'au Kruisfchans au desfus de Lillo, en posfesfion duquel ils avoient été avant la paix, et qu'on ne songeoit nullement à reclamer comme territoire Espagnol.

Les prétentions de S. M. I. ne peuvent être fondées, que sur la posfesfion dans laquelle elle est des bords des deux cotés de l'Escaut au desfous de Lillo, sur laquelle on ne veut pas entrer en discusfion à présent. On remarque seulement qu'il à toujours été reconnu que l'Escaut appartient au Brabant et pas à la Flandre. Or la chaine des Forts que les Etats posfédoient sur la rive droite, ou du coté Brabançon de ce fleuve, pendant la guerre qui à été terminée par la paix de Munster, leur asfuroit totalement la supériorité sur son cours; il n'y a donc pas de doute qu'ils n'en fusfent en posfesfion à la conclusion de la paix. Cette posfesfion leur a du être conservée d'a-

près

près le 3me Article, et le fait prouve qu'elle l'a été effectivement. si le droit territorial du lit d'une Rivière doit être décidé par la posfesfion des bords, ce droit ne doit il pas être encore plus valide lorsqu'un Etat posfede des Forts fur les deux Rives? Ce cas existe à l'égard de la partie de l'Escaut nommée la Flotte de Lillo. Cet espace est entièrement commandé par le Fort de Lillo fur la rive droite, et par celui de Liefkenshoek fur la gauche, et c'est là que le vaisfeau de garde de la République a toujours été placé.

On tache du coté de S. M. I. d'affoiblir cet argument en prétendant que le territoire du Fort de Lillo est borné aux ouvrages qu'il avoit en 1648, et que celui de Liefkenshoek à été cédé à la République par le *traité de* démarcation des Limites en Flandres du 20. Septembre 1664. avec 150 verges de terrain feulement à l'entour.

En achevant la lecture de cette période, la feconde du 6me article de ce Traité, on remarquera fans doute, que ce n'est que du coté de terre qu'on fait cette restriction, et que de celui de l'Escaut est borné d'aucune *façon*.

A l'égard du Fort de Lillo, on ne peut que répéter que LL. HH. PP. l'ont confervé tel qu'elles le posfédoient avant la paix, à favoir avec fupériorité fur le lit de l'Escaut, devant et auprès de ce Fort, fur les alluvions, et fur les districts inondés pour la défenfe du Fort ou dans la posfibilité d'être inondés autant que la nécesfité l'exige.

Les habitans des lieux voifins ont témoigné qu'ils reconnoisfoient cette fupériorité lorsque ceux des districts de Lillo, Staabroek, Santvliet et Berendrecht, voulant desfecher les districts et les entourer de digues ont jugé qu'outre l'octroi qu'ils avoient obtenu du gouvernement des Païs-Bas Autrichiens ils devoient avoir la concesfion de LL. HH. PP. Celle-ci leur à été accordée par un acte du 14. Avril 1650, fous condition qu'ils construiroient leurs digues fuivant les alignemens tirés par Ordre du Prin-

ce

ce d'Orange et du Conseil d'Etat, leur permettant de poser les Ecluses sous la partie des Forts de la République, là où son Altesse susdite et le Conseil d'Etat l'ordonneroient, pourvu qu'il s'obligeassent à construire une ou deux redoutes, en cas que la République le jugeat à propos, pour la sureté des dits Forts, ainsi que tels autres ouvrages qu'on trouveroit nécessaire pour la plus grande sureté des Forts de Lillo et de Frédéric Henri. De même lorsque la direction de cet ouvrage a été conférée aux Etats de Zeelande, les susdits habitans se sont engagés ultérieurement en vertu de la concession ci-dessus mentionnée à ne point poser de nouvelles Ecluses et à ne point rehausser les chemins qu'avec le consentement des dits Seigneurs Etats, et on a arrêté en même tems d'autres arrangemens concernant la défense des Forts.

On ne sauroit douter par conséquent, que du côté de l'Escaut le territoire de ces Forts n'a jamais été borné à leurs ouvrages, non plus qu'à 150. verges; mais ces Forts appartiennent à la République avec supériorité et droit d'inspection sur le lit de l'Escaut situé entre deux, tels qu'ils lui ont appartenu avant la paix de Munster. Ainsi, la République a le droit d'y placer des vaisseaux de garde, faire percevoir les droits d'entrée, de faire exiger des droits de sortie des marchandises passantes par un Comptoir consideré comme le dernier territoire de la République; de faire arrêter les Bâteliers réfractaires et de les faire citer devant le juge constitué à cet effet par LL. HH. PP., de faire transporter les marchandises d'un bord à un autre suivant les circonstances, et d'empêcher même tout passage.

LL. HH. PP. terminent cet article par répéter leurs sentimens de confiance dans l'équité de S. M. I. et dans celle de son Ministére, qui ne leur laissent point de doute, que lorsque les raisons alléguées ci-dessus auront été duement considérées et approfondies, S. M. ne fera plus

plus de difficulté d'avouer le droit de LL. HH. PP. sur une possession fort antérieure au Traité de Munster, par lequel elle a été confirmée et a reçu ainsi une sanction de propriété, dont la République a obtenu depuis 136 ans une jouissance imperturbée. — Elles s'assurent aussi que S. M. I. ne s'opposera pas à laisser reprendre au Vaisseau de Garde la station précédente, qu'il a conservé depuis l'année 1627. pendant que le Comptoir établi pour lever les licences ou droits d'entrées existe à Lillo dès l'année 1589. par conséquent depuis près de deux siècles.

Rien dailleurs n'a jamais été allégué contre la susdite possession ni à la démarcation des Limites de Flandre en 1664; ni en arrêtant le Traité de Barrière en 1715. ni à la Convention subséquente en 1718., ni aux conférences de 1738, ni même lorsque la Résolution prise par LL. HH. PP. en 1665. d'introduire de nouveau le transport d'un bord à un autre, eut produit une telle sensation en Brabant que le Commerce fut suspendu, et qu'on fit défendre toute communication avec la Flotte de Lillo et tout import ou exportation des marchandises de ce côté.

Et quoique le 9. Article du Traité de Munster prescrive clairement que *S. M. le Roi d'Espagne et les États ne lèveront hors de leurs limites respectivement aucune imposition ou gabelle, pour l'entrée, sortie, ou pour autres charges sur les denrées passant soit par eau, soit par terre*, et que de même par l'article 12me, *Le Roi devoit faire cesser la levée de tout payage sur le Rhein et sur la Meuse ainsi que dans la Ville d'Anvers*, il paroit que le comptoir de Lillo a été excepté et que dans tous les temps et sans difficulté, on a reconnu à LL. HH. PP. la faculté et le droit de lever des licences et de tenir à cet effet un Vaisseau de Garde devant Lillo.

Art. II. „ *S. M. demande que les États Généraux lui* „ *donnent un desintéressement des pertes immenses qu'Elle a* „ *fai-*

„ *faites dans le produit des Droits d'entrée et de sortie pour* „ *avoir sur la foi de la promesse positive d'un Traité de* „ *Commerce donnée mais toujours éludée et non remplie par* „ *la République, maintenu pendant tant d'années le taux de* „ *ce droit sur un pied à tous égards défavorable et désavan-* „ *tageux.*"

LL. HH. PP. ont toujours été sincérement disposés et le sont encore; à former un Tarif et à conclure un Traité de Commerce; mais loin d'avouer que des délais de leur côté sont cause que le Tarif n'ait pas été arrêté et que le produit des droits d'entrée et de sortie de S. M. I. ait souffert par là quelque diminution, Elles croyent avoir des motifs de plainte mieux fondés, à l'égard de la non-exécution du 15. Art. du Traité de Munster du côté de S. M., dans l'inégalité des droits d'entrée et de sortie qui a lieu dans les ports de Flandre et sur l'Escaut LL. HH. PP. demandent donc des éclaircissemens ultérieurs, tant sur l'origine et les preuves de la prétention conçue dans cet Art. que sur son juste montant: et en preuve que la Républ. a toujours été disposée à se conformer par rapport à cet objet aux Traités de Munster, de Barrière et de Vienne, on peut alléguer la nomination des Commissaires aux Conferences tenues à Anvers en 1737, et à Bruxelles en 1752 et on ne sçauroit imputer à LL. HH. PP. que jusqu'à présent cette affaire n'ait pas pu être terminée.

B'D APR 2 1915